CONSTITVTIONES SYNODALES

Inſignium Abbatiarum B. Mariæ Farfenſis, & S. Saluatoris Maioris.

Editæ in prima Synodo habita anno Domini 1604. DIE XX. IVNII.

Iuſſu Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. D. A[illegible] DRI PERETTI C[illegible] R. E. Vicecan[illegible] dat[illegible]

34.10.A 1/4-5

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ALEXANDRO PERETTO S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO

Bernardinus Manaſſeus.

QVALIS, & quanta olim fuerit, Illuſtriſsime Princeps, Abbatiæ Farfenſis Apoſtolica diſpéſatione tuæ fidei commendatæ, amplitudo, ac dignitas: tum ex multis Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & locis illius temporali Iuriſdictioni ſubiectis; tum etiam ex tot, tantisq; Monaſterijs, Domibus, Capellis, cæterisq; Eccleſijs in omnibus ferè Italiæ

Digitized by Google

partibus, quæ illius ſpirituali ditione continentur, facilè intelligi poteſt: quæ omnia Monaſterio Farfenſi, illiusq́; Abbatibus ob ſingularem pietatem erga Imaginem Glorioſiſsimæ ſemper Virginis Mariæ in Eccleſia Farfenſi diuinitus repertam Summi Pontifices, Imperatores, Reges, ac Duces ſpontè pro ſua munificentia donauere: fidelesq́; Populi pro ſua religione, ac ſtudio in Sanctiſſimam Dei Parentem largiti ſunt. Quibus in locis Abbates Farfenſes omnimodam Iuriſdictionem, gladijq́; poteſtatem habebant. Inter quos potentiſſimi fuere nonnulli ex clariſsima Vrſinorum familia tibi ſanguine coniunctiſſima. Docent hæc antiquiſſimi Codices, qui & vniuerſam ſeriem Abbatum, atque huius inſignis Abbatiæ fundationem, & propagationem continent, & in Monaſterio Farfenſi accuratè ſeruantur. His accedunt Summorum Pontificum, Imperatorum, Regumq́; Diplomata, in quibus
ſub
Digitized by Google

ſub Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Imperiali, ac Regia protectione, atque tutela Monaſterium ipſum, illiuſq; Abbates, Monachos, Clericos, membra, ac bona quæcumque ſuſcipiunt, eaq; ab omni ordinaria, atque alia Iuriſdictione omnino eximunt. Ex quo intelligi poteſt, quantus honor ſit delatus à prædictis Principibus Monaſterio Farfenſi, & in quanta illius Eccleſia veneratione ſit habita. Huic tam inſignis Abbatiæ, ac ſancti Saluatoris Maioris Iuriſdictioni ſimulatque me præfeciſti, vt in ea Generalis Vicarij, ac Viſitatoris officio pro tua Ampliſſima Dominatione fungerer, ſtatim ad totam illam inuiſendam, ac perluſtrandam pro animarum mihi creditarũ ſalute, ex meo munere, atque officio animum appuli: Tamq; ſanctum opus aggreſſus, illud triennali labore, Deo adiuuante, perfeci. In quo Monachorum Monaſteria ſex, Monialium quatuor, Præpoſituras ſexdecim,

totidemq; Archipresbyterales Eccleſias, ex quibus Collegiatæ ſunt quindecim, quę ſeptuagintatres continent Canonicatus, vna cum vigintiquinque Capellanis: Parochiales verò numerantur Eccleſiæ quinquagintaquatuor, ac triginta ſimplicia beneficia. Hæc omnia loca in proprio Territorio dictarum Abbatiarum, necnon in Diœceſi Spoletana, Reatina, Marſicana, Aquilana, Sulmonenſi, Aprutina, Aſſiſienſi, Aſculana, Firmana, Montis Alti, Præſidatuq; Marchiæ exiſtentia ego ipſe viſitaui; & quæ ad locorum decus, perſonarumq; Chriſtianam pietatem, ac morum honeſtatem pertinere videbantur, Deo bene iuuante, præcepi, atque præſcripſi. Viſitatione peracta omni ſtudio curandum mihi eſſe duxi, vt ad præſcriptum Sacri Concilij Tridentini Diœceſanam, ac Generalem Synodum conuocarem, illiusq; vſum in hac iuriſdictione penè intermiſſum, reſtituerem. Indicta

ita-

Digitized by Google

itaque die, vocatisq́; omnibus Presbyteris, Monachis, & Clericis huic iuriſdictioni ſubiectis, & illis ad præſtitutam diem in Eccleſia B. Mariæ Farſenſis conuenientibus, alijsq́; rebus, ac ritibus ex Catholica traditione obſeruatis, ad ſummi Dei laudem, Cleriq; ipſius vtilitatem ſub tuo nomine, atque auſpicio has præſentes Conſtitutiones, & Decreta approbata, & edita ſunt. Quæ omnia iam ad Te mitto quàm diligentiſsimè conſcripta, vt aliquam rationẽ villicationis meæ Amplitudini tuæ reddam. Te igitur ſupplex oro, atque obſecro, vt & illa, quippe tua, benigno animo, vt ſoles, accipias, & me tibi addictiſsimum in tua tutela eſſe perpetuo patiaris. Ex Podio Mirteto Abbatiæ Farſenſis. Prid. Id. Iulij M. D. CIV.

Digitized by Google

ADMODVM RR. PRIORIBVS,
Præpoſitis, Presbyteris, Monachis, & Clericis iuriſdictionis Abbatiarum B. Mariæ Farfenſis, & Sancti Saluatoris Maioris.

Bernardinus Manaſſeus Vic^{s}. Generalis.

EN, cariſſimi fratres, Conſtitutiones, & Decreta illa, quæ ad mores reformandos, Eccleſiaſticum cultum, ac diſciplinam reſtituendam, ad diuina præcepta ſeruanda, de conſilio, & aſſenſu veſtro, in Synodo, iuſſu & nomine Illuſtriſſ. D. Cardinalis Montalti perpetui Commẽdatarij per nos celebrata edidimus: eiuſdẽ Illuſtriſſ. Cõmendatarij liberalitate, nunc iam habetis impreſſa. Ea igitur hilari animo accipite, & fideliter obſeruate: Ita enim futurum ſperamus, vt etiam vos, qui in vinea Domini noſtri cooperatores eſtis, cuſtodiatis ea, quæ ædificationis ſunt, ambuletisq. dignè per omnia Deo placentes, Populumq. fidei veſtræ commendatum tum cognitione, tum moribus imbuere, & ad cæleſtia paſcua perducere conemini. Valete.

Digitized by Google

IN NOMINE SANCTAE, ET indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Incipiunt Conſtitutiones Synodales.

ILLVSTRISSIMVS, & Reuerendiſsimus Dominus D. ALEXANDER Perettus Cardinalis Montaltus S. R. E. Vicecancellarius, & inſignium Abbatiarum Beatæ Mariæ Farfenſis, & Sancti Saluatoris Maioris ſimul vnitarum nullius Diœceſis perpetuus Commendatarius, & pro ſua Ampliſsima Dominatione Illuſtris, ac Admodum R. D. Bernardinus Manaſſeus Tiphernas I.V.D. ac Protonotarius Apoſtolicus eius in iuriſdictione dictarum Abbatiarum Vicarius, ac Viſitator Generalis. Infraſcriptas Conſtitutiones, & Decreta ad Dei, Beatæq. Mariæ ſemper Virginis laudem, in hac præſenti Synodo alta, &

ta, & intelligibili voce promulgata, & ab eadem Synodo exactè diſcuſſa, recepta, & approbata ab omnibus, qui ei affuerunt, atque alijs, & ſingulis, qui eidem Synodo intereſſe tenentur, ſuſcipi, & apud ſe retineri, & obſeruari mandat, atque vt ab alijs etiam, ad quos pertinet, obſeruari curent.

Decretum, quod nulli præiudicetur in ſedendo in præſenti Synodo.

IN primis inhærendo Decreto Sacri Conc. Trid. ad tollendas omnes præcedentiæ controuerſias ſtatuimus, atque decernimus, ſi cui contigerit in hac Synodo ſuo loco non incedere, vel non ſedere, aut quempiam alium actũ in eo gerere, non propterea cuiquam ius acquiri, aut acquiſitum eſſe, nihilq. de huiuſmodi iure, aut poſſeſsione detrahi: ſed omnia in eodem ſtatu permanere, in quo ante hanc Synodum reperiebantur.

Præcedentium Synodorum, & Conſtitutionum confirmatio.

ITem omnes alias Conſtitutiones, & Decreta tum à nobis, tum ab Illuſtriſ-

ſimis

Digitized by Google

ſimis Abbatibus, & Commẽdatarijs prædeceſſoribus noſtris facta, ac promulgata præſentis Decreti tenore confirmamus, & ab omnibus obſeruari præcipimus, exceptis ijs, quæ fortè præſentibus noſtris Cõſtitutionibus immutata, vel ſacro Conc. Trid. aduerſari reperientur.

De Fide Catholica profitenda.

CVm Fides, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, radix ſit omnium bonorum operum, & totius ſpiritualis ædificij fundamentum; & cum iuxta doctrinam Apoſtoli, non ſolum corde credendum ſit ad iuſtitiam, ſed ore etiam confeſsio fieri debeat ad ſalutem. Synodus noſtra à Fidei profeſsiune initium ſumendum eſſe duxit: Ideo Sacr. Conc. Trid. Summorumq. Pontificum auctoritatem ſequuti decernimus, atque mandamus omnibus, & ſingulis hic præſentibus, qui ab antecedenti Synodi celebratione beneficia Eccleſiaſtica obtinuerunt, & qui ab ipſa Synodo abſentes fuerunt, vt mox in manibus Vicarij noſtri profeſſionem Fidei emittant, iuxta Conſtitutionem à felic.

Cõc. Tri. ſeſſ. 6. c.

Ad Rom. c. 10.

Cõc. Tri. ſeſſ. 25. c. 2. de ref.

Digitized by Google

felic. recor. Pij Quarti æditam, cuius tenorem inferius annotabimus.

In poſterum omnes, qui beneficia curam animarum habentia obtinuerint, intra duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis, iuxta præſcriptum dicti Concilij, profeſſionem Fidei emittant, quoties illis prouiſum fuerit, atque etiam illi, qui beneficia curam animarum habentia permutabunt.

eſſ. 24. c. 2. de Re- or.

Prouiſi autem de Canonicatibus, & dignitatibus in Eccleſijs Collegiatis, non ſolum coram nobis, ſeu Vicario noſtro, ſed etiam in Capitulo idem præſtare teneantur, antequam poſſeſſionem adipiſcantur, iuxta formam dictæ Bullæ, ſub pœnis in ea contentis.

Dict. Seſſ. 4. c. 12.

Quæ inci pit iniunctũ nobis. Pius IIII. in Cõſtit. quæ incipit, in ſacroſancta.

Quam quidem Fidei profeſſionem teneantur, etiam vt ſupra, emittere ij qui grammaticam, & quamcumque aliam liberalem artem publicè, ſeu priuatim docent, & omnes publici, ſeu priuati ſacræ Scripturæ lectores: Medici pariter, & Chirurgiæ artes publicè exercentes.

Qui Medici tum Phyſici, tum Chirurgi teneantur etiam, iuxta Conſtitutionem Pij V. cum primum ægrotos viſitauerint, eis neceſſariam peccatorum ſuorum eſſe

Quæ incipit, ſupra gregem.

con-

Digitized by Google

confeſſionem perſuadere; quod ſi per tres dies ægroti facere neglexerint, vlterius eos non viſitent; & ſi prædicta Medici nō obſeruauerint, vltra pœnas in Conſtitut. Innocentij III. contentas, quas incurrunt, etiam alia pecuniaria à nobis multabuntur. Cap. cū infirmitas, de pænit. & remiſſ.

Caueant etiam Medici, ne pro corporali ſalute aliquid ſuadeant, vel permittant, quòd in animæ periculum tendat.

Fidei profeſſionis forma.

EGo N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo sācta Romana Eccleſia vtitur, videlicet: Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei vnigenitum. Et ex Patre natum ante omnia ſæcula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: Genitum, non factum conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis. Ex Bulla Pij iv. quæ incipit Iniunctum nobis.

Digitized by Google

cælis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas. Et aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioq; procedit, qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Et vnam, ſanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi. Amen. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſq; eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector. Item ſacram Scripturam, iuxta eum ſenſum, quē tenuit, & tenet ſancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum Scripturarum, admitto: nec eam vnquam, niſi iuxta vnanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor.

Digitized by Google

tabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe verè, & propriè Sacramenta nouæ legis à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmũ, Confirmationem, Euchariſtiam, Pænitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: illaq; gratiam conferre; & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione, recipio, & admitto. Omnia, & ſingula, quæ de peccato originali, & de iuſtificatione, à ſacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propiciatorium ſacrificium pro viuis, & defunctis: atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem, vna cum anima, & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, fieriq; conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem: quam conuerſionem Catho-

lica-

Digitized by Google

lica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animaſq; ibi detentas fidelium ſuffragijs iuuari. Similiter & Sanctos vna cum Chriſto regnantes venerandos, atque inuocandos eſſe; eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe venerandas. Firmiſſimè aſſero, imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumq; vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam, Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco: Romanoq; Pontifici Beati Petri Apoſtolorū Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo ac iuro. Cætera item omnia à Sacris Canonibus, & Oecumenicis Concilijs, ac præcipuè à ſacroſancta Trid. Synodo tradita, defini-

ta, &

ta, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor. Simulq. contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram, Catholicam Fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſpontè profiteor, & veraciter teneo, eamdem integram, & inuiolatam vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. ſpondeo, voueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

De Fidei rudimentis.

QVia omnis ætas ab adoleſcentia prona eſt ad malum, & à teneris Cōc. Trid. Seſſ. 24. c. 4. aſſuefieri ad bonum magni eſt operis, & effectus, inuigilent Parochi huius noſtræ iuriſdictionis, cæteriq. omnes curam animarum habentes, ad quos præcipuè hoc

Digitized by Google

munus ſpectat, vt ſingulis ſaltem Dominicis diebus poſt prandium pueros in ſuis Parochijs Fidei rudimenta, & obedientiã erga Deum, & Parentes, diligenter doceant ſub pœnis à Sacr. Canon. ſtatutis, & alijs arbitrio noſtro.

Et, vt facilius id efficiant, mandamus, vt vbi id commodè fieri poteſt, Doctrinæ Christianæ ſodalitas inſtituatur, quæ ex viris ad id idoneis vita, & moribus approbatis conſtet, qui eo in munere Parochos adiuuent, & Indulgentiæ à Pio V. & Gregorio XIII. & S. D. N. Clementis VIII. earum Sodalitatum hominibus conceſſæ ſæpius promulgentur.

Pius V. in Bulla quę incip. ex debito Paſtoralis. Gregor. XIII. in Bull. quæ incip. Illius qui.

Ludi Magiſtri, qui Grammaticam docent, ſemel in hebdomada Doctrinam Chriſtianam edoceant, & quotidie ſub finem lectionum curent, vt pueri genibus flexis orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, & Symbolum Fidei deuotè recitent.

Curent etiam Parochi, quorum conſcientiam oneramus, vt non ſolum pueri, & puellæ, ſed etiam viri, & mulieres prouectioris ætatis, præſertim ruſtici rudimẽta Fidei doceantur, iuxta interpretationẽ

per

per Catechiſmum Romanum promulgatam, & efficiant, vt Symbolum Fidei recitent.

De lectione ſacræ Scripturæ.

INter ea, quæ à Sacr. Conc. Trid. Spiritu ſancto dictante, relata fuerunt, ſtudioſè admodum, vehementibusq. verbis in eo elaborauit, vt hæc Catholica Fides, lectionibus, prædicationibus, alijsq. ſpiritualibus ſermonibus frequenter in aures hominum diſſeminetur. Ideoq. decreuit, vt in Eccleſijs ab eo enumeratis aliqua Præbenda Cathedralis, aut alterius Collegiatæ Eccleſiæ quamprimum vacare contigerit, in Theologalem ad vſum ſacræ Scripturæ interpretandæ erigeretur. Vbi verò nulla ad id Præbenda idonea, ſeu Præſtimonium inueniretur, Conciliũ varias rationes, conſiliaq. Ordinarijs capienda propoſuit, ne tàm pia, & fructuoſa inſtitutio, quouis quæſito colore negligeretur.

Cõc. ſeſſ. 5 deRe

Nos itaque volentes tam ſalutare Cõcilij Decretum eo modo, quo fieri poteſt, executioni mandare, & huius noſtræ

riſdictionis Clero, ac Populo pro commoditate locorum, ac perſonarum de huiuſmodi lectione prouidere, monemus, atque hortamur Prælatum Monaſterij Beatæ Mariæ Farfenſis, vt iuxta diſpoſitionẽ .I.§.in ...naſte-s. dicti Conc. Trid. quamprimum eligat, ac deputet vnum idoneum ex ſuis Monachis lectorem, qui debeat publicè in dicto Monaſterio ſacram Scripturam exponere, ac interpretari, & Caſus conſcientiæ legere. Cui lectioni ſacræ Scripturæ, & Caſuum conſcientiæ intereſſe debeant omnes, & ſinguli ſacerdotes, ac alij in ſacris ordinibus conſtituti in diſtrictu Abbatiæ Farfenſis exiſtentes, ſingulis diebus eiſdem præſcribendis à Vicario noſtro Generali ſub pæna vnius aurei arbitrio noſtro applicandi. Et per eoſdem Sacerdotes, & clericos ſemel in menſe habeatur in dicto loco Congregatio Caſuum conſcientiæ, in qua ſaltem tres caſus proponantur, & per quemlibet Parochum diſcutiantur, & reſoluantur. Quod ſi prædicti ad dictam Congregationem inuitati accedere neglexerint, ſeu legitimo impedimento detenti excuſationem non præmiſerint, pænam vnius aurei, locis pijs applicandi, ipſo fa-

cto incurrant.

In Abbatia vero ſancti Saluatoris Maioris, cum hoc tempore in dicto Monaſterio non adſit idonea perſona, conducatur quamprimum per Priorem vnus Sacerdos Theologus ſæcularis, ſeu regularis, qui ſingulis diebus eiſdem præſcribendis ibidem explicet Caſus conſcientiæ, & ſacram Scripturam ſecundum capacitatem Monachorum, in prædicto Monaſterio degentium. Ad quem audiendum, & ad omnia alia ſupradicta ordinata in Abbatia, & Monaſterio Farfenſi teneantur ſimiliter omnes Sacerdotes, & Clerici in ſacris ordinibus conſtituti in diſtrictu dictæ Abbatiæ ſancti Saluatoris Maioris degentes ſub eiſdem pænis.

De prædicatione verbi Dei.

CONſequens eſt, cum grauiſſimum ſit prædicationis munus, quippe ipſius Fidei conſeruationem, & propagationem reſpicit, Concionatores verbi Dei etiam hoc loco admonere, vt in ſuis ſermonibus maximè verſentur circa ea, quæ vtiliter docent, non quæ inutiliter oblectant; id-

Digitized by Google

:. Tri. ſ. c. 2 rchi- ;byte anci- ; in Regu

circo prædicabunt Euangelium cum vtilitate, & ædificatione Populi annunciando eis vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam cum breuitate ſermonis: Populum Sacramentorum notitia plenè imbuant, & præſertim aſſiduum vſum pœnitentiæ, & ſanctiſſimæ Euchariſtiæ perceptionem ſuadeant.

eſſ. ſ. 2. §. ularis). . Ex- uni- us. de :t. §. ve-

Concionatores prædicti, maximè qui tempore Quadrageſimæ ad concionandum mittuntur, cum omni charitate, & obſequio recipiantur ab omnibus, pręſertim vero ab animarum curam habentibus, pro quorum functione accedunt. Curabuntq. vt per eos, ad quos ſpectat, illis de domo, victu, victualibus, cæterisq. neceſſarijs prouideatur, & prędicatione peracta eleemoſyna eis largiatur. Eorum tamen nemo ſine conceſſione noſtra, ſeu Vicarij noſtri licentia recipiatur, nec ad concionandum admittatur, neque ſine Parochi teſtimonio pauperem aliquem commendet.

T. ſ. c. 24. c.

Archipresbyteri, Plebani, Parochi, ceteriq. omnes curam animarum habentes, ſciant eos teneri idem prædicationis munus in ſuis Eccleſijs obire. Ideo per ſeipſos

ſos

ſos, vel ſi legitimè impediti fuerint,per alios idoneos, diebus ſaltem Dominicis, & feſtis ſolemnibus plebes ſibi commiſſas pro ſua, & earum capacitate ſalutaribus verbis paſcant; quod ſi neutrum prçſtare poſſunt, ſaltem legant aliquem approbatum librum, alioquin iuxta Conc. Trid. præſcriptum multentur.

De Hæreticis detegendis, & libris prohibitis non legendis.

VT ipſa Catholica fides impolluta, illibataq. in fidelium cordibus ſeruetur ad præſcriptum ſacrorum Canonũ, & Apoſtolicarum Conſtitutionũ, illiuſq. præſertim, quam Sixtus V. fel. recor. Pont. Max. fecit: Omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus, cuiuſcumque gradus, & conditionis ſint, præcipimus, & mandamus, vt ſi quos nouerint in hac noſtra Iuriſdictione viros de Fide ſuſpectos, aut verba blaſphemiæ in Fidem Catholicam proferentes, ſi quos maleficos, ſeu maleficas: magos, aut magas eſſe ſciuerint, ſtatim ad nos, ſeu Vicarium noſtrum deferant, om-

Quæ inci pit Cæli, & terræ.

ni correctione poſtpoſita, ſub pęnis in dicta Bulla contentis,& alijs arbitrio noſtro reſeruatis pro exceſſuum qualitate.

Cum ab hęreticorum, & ſuſpectorum libris, venenum mortiferum ad fidelium perniciem ſæpe emanarit, nemo audeat legere, aut penes ſe retinere cuiuſuis generis libros in Indice Romano, alijſq. vel Apoſtolicis, vel Deputatorum Decretis prohibitos; idq. ſub pęnis,& cenſuris in Bulla Pij Papæ IIII.alijſq. contentis.

Quæ incipit Dominici gregis.

Et ne ex ipſius Indicis imperfecta notitia, vel ex modo, quo vſu recipitur, & obſeruatur, multi libros prohibitos, vel ſuſpectos ignoranter penes ſe habeant, monemus omnes, & ſingulos, qui in viſitatione librorum prohibitorum in hac iuriſdictione iuſſu, ac mandato noſtro facta anno proximo notam eorumdem librorum non dederint, à præſentis Synodi publicatione poſt quindecim dies Indicem omnium, & quorumcumque librorum, quos penes ſe habent, tum prohibitos, tum non prohibitos, Vicario noſtro tradere teneantur, qui in eoſdem remedijs opportunis adnimaduertet, ſub pænis nobis bene viſis.

Hiſto-

Digitized by Google

Hiſtorias Martyrum, illorumq. actiones, aut Chriſti Domini paſſionem, tum in ſacris, tum in prophanis locis fieri, aut repræſentari omnino prohibemus, abſque noſtra, ſeu Vicarij noſtri licentia in ſcriptis obtinenda ſub pęna contrafacientibus ſcutorum vigintiquinque locis pijs applicandorum, & alijs arbitrio noſtro. Cõc. Trid. ſeſſ. 25. decret. de Reliq. & vener. Sanctor.

Ne ſub ſpecie pietatis impietas diſſeminetur, mandamus, vt in poſterum in hac noſtra iuriſdictione, nec per Communitates, nec per Archipresbyteros in eorum terris, locis, & Eccleſijs vllus ludimagiſter, aut Cantus, niſi prius à Vicario noſtro generali de vita, moribus, & ſcientia fuerit examinatus, & approbatus, admittatur, & antequam recipiatur Fidei profeſſionem, vt ſupra dictum fuit, emittat, ſub pęna ſcutorum vigintiquinque pro quolibet contrafaciente.

De Sacrameutis, & eorum Miniſtris.

CVm nouæ legis ſingula Sacramenta à Chriſto Domino inſtituta ex tribus conſtent, materia, ſcilicet, forma, & Miniſtro: Primum curabunt Sacerdotes Cõc. Tri can. 1. ſeſſ. 7. de Sacr.

ea

ea adminiſtraturi intentionem firmã ſem-
per habere faciendi, quod facit Eccleſia,
nec niſi ſuperpelliceo, & ſtola induti, ac
confeſſionis, vel ſaltem contritionis ſubſi-
dio muniti, ea adminiſtrent, & nullus
quantumuis egens Sacerdos verbis, aut
nutibus quicquam prorſus, vel minimum
petat, aut exigat pro illis adminiſtrandis,
eo tamen excepto quod à ſacris Canoni-
bus, vel ex veteri, & approbata conſuetu-
dine ipſis conceditur.

.ſeſ can. 1.

eſſ 24. c. 4 de Re or.

ap. ad A- oſtolicã le ſimon.

Curent pariter pro ſingulis Sacramen-
tis proprias materias prouidere, nec de
ſubſtantia tantum, verum etiam de quali-
tate materiarum ſint ſolliciti, vt ſcilicet
ſint mundæ, nitidæ, & ex optimis, quæ
haberi poſſint.

Tandem in adminiſtrandis Sacramen-
tis caueant Sacerdotes, ne alias formas,
neve ſub alijs verbis proferant, quàm pro-
prijs ſingulorum, quę in Sacerdotali, ſeu
Rituali Romano habentur expreſsè, qua-
rum verba memorię mandare curabunt,
vt facilius illa cum Sacramenta admini-
ſtrant materię coniungant; qnod diligen-
ter animaduertendum eſt.

Cõc. Trid. eſſ. 7. can. 3.

De

Digitized by Google

De Sacramento Baptiſmi.

BAptiſmatis Sacramentum inter cęte-ra primum, & præcipuum eſt, & tantę virtutis, & efficaciæ, vt per eum æternæ ſalutis ianua illi, qui baptizatur, aperiatur. Quare Parochus, qui illius adminiſtrandi munere fungitur, candidiſſimæ illius puritati reſpondere tenetur, ijs virtutibus, quæ in Sacerdote ad tam ſanctum munus exercendum vocato, requiritur. Mandamus igitur, ſancta hac Synodo approbante, vt in Eccleſia Parochiali, tantum proprius Parochus baptizet, qui ſacras ceremonias in hoc Sacramento adminiſtrando ſolitas ex libro Baptiſmali approbato ſeruare teneatur, ſine quibus ex quauis cauſa, prętérquam neceſſitatis extremæ, cum ſcilicet periculum vitæ infanti timetur Baptiſmus miniſtretur, ſub pœna ſuſpenſionis arbitrio noſtro.

De Conſ. diſt. 4. c. per totũ. Clem. vnica de Baptiſmo.

Sed quoniam perſæpe accidit, vt infantes in euidenti vitæ periculo conſtituti, ad Eccleſiam deferri non poſſint, doceant Parochi populum, quamlibet perſonam, ſi Sacerdos haberi non poſſit, in dicta ne-

ceſſi-

ceſſitate baptizare poſſe, inſtruantq. formam verborum eſſe, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen: & materiam eſſe aquam elementarem, & ſimplicem: & quod Miniſter id facere intendat, quod facit Eccleſia: curentq. ita verba formæ proferre, dum ablunnt baptizandum, vt ſemper coniungantur materię, & vno eodemq. tempore manus abluendo, lingua proferendo ſuum munus exerceat.

Cap.1.de Sacr.non iter.

Caueant diligenter Curati, ne baptizatis domi, cum ad Eccleſiam poſtea deferuntur, baptiſmus reiteretur, ſed tantum omiſſas ſolemnitates adimpleant, & nonniſi ad tertium diem Baptiſmus protrahatur, niſi aliter nobis, ſeu Vicario noſtro viſum fuerit.

Nomen autem, quod baptizatis imponitur, vnicum tantum ſit, ſiue vna, ſiue duplici dictione contineatur, & quantum fieri poteſt, Sanctorum tantum imponatur, vt illis eorum vita in exemplum ſit, quorum nomina ſuſceperunt.

Cōc. Tri. ſeſſ. 24. c. 2. de reſor.

Compatres, & Commatres plures non admittant, quam Tridentina Synodus mandat, videlicet marem tantum, aut fœminam

minam tantum, vel marem & fœminam ſimul ad ſummum. Is vero, qui infantem leuare intendit, non ſit excommunicatus, infamis, interdictus, aut hęreticus: vel qui ſemel in anno tempore ab Eccleſia ſtatuto Pœnitentiæ, & ſacroſanctæ Euchariſtię Sacramenta non ſuſceperit, & rudimentorum Fidei non ſit ignarus; quinimo ſciãt eos teneri ad docendum ſuſceptos ipſa Fidei rudimenta, & ad monendos eos, vt caſtitatem cuſtodiant, iuſtitiam diligant, & charitatem teneant.

De conſ. diſt. 4. c. non plures. cap. nõ licet cum ſeq. diſt. 4. de cõſ.

Moneant Parochi inter ſuſcipientem, & baptizatum, eiuſdemq. Patrem, & matrem. Item inter baptizatum, & baptizantem, necnon baptizati Patrem, & Matrem cognationem ſpiritualem contractam eſſe, quæ tanti momenti eſt, vt non ſolum matrimonium impediat contrahendum, verum etiam contractum dirimat.

d. ſeſſ. 24. c. 2.

Curabunt pręterea Parochi ſtatim poſt collatum Baptiſmum, baptizati nomen, & cognomen in libro ad hoc parato deſcribere, apponendo etiam nomina eorum, qui eum de ſacro fonte ſuſceperunt, modo quo infra, videlicet:

d. c. 2.

Digitized by Google

Adi 20. di Giugno 1604.

N. figlio di N. delli N. da N. & di Donna N. delli N. da N. nato adi 18: di detto meſe è ſtato battezato in queſta Chieſa di Santo N. da me N. Arciprete, ò Rettore, & fu ſuo Compare N. delli N. da N. & ſua Commare N. delli N. da N.

De his q filij occi. c. de infantib.

Parochi infante baptizato doceant ſub grauiſſimis pœnis fuiſſe mandatum, ne infantes ante decimumoctauum menſem completum parentes ſecum in lecto retineant, ob ſuffocationis periculum, quæ ſępenumero, præter omnem eorum intentionem accidere ſolet.

Quoniam, vt audiuimus, in hac noſtra Farfenſi Abbatia multis ab hinc annis cōtra ſacrarum Ceremoniarum ritum nonnulli Archipresbyteri adeo negligentes fuerunt in oleis ſacris procurandis, vt non modo illis vti non potuerint in Sabbato ſancto ad aquam Baptiſmalem conſecrandam, ſed etiam per multos dies poſt Paſcha ea ſumere non curauerint, & ne ſub varijs, & fictis rationibus ſe excuſari quærant, & vt in hac noſtra Iuriſdictione certus locus conſtituatur, ad quem om-

C. ſi quis de alio cū duob. ſequent. de conſecr. diſt. 4.

nes Curati pro dictis oleis accipiendis ac-
cedere debeant. De cætero omnino volu-
mus atque mandamus, vt in Abbatia Far-
fenſi antiquior Archipresbyter pro tem-
pore, in Abbatia vero S. Saluatoris Maio-
ris Prior illius Monaſterij, teneatur vnuſ-
quiſque eorum tranſmittere ad vicinio-
rem Ordinarium aliquem Sacerdotem, Cap. Preſbyteri d. 25.
ſeu in ſacris conſtitutum, qui ad veſperam
feriæ quartæ Maioris hebdomadę ſit præ-
ſens in illa viciniori Ciuitate, & die ſequẽ
ti ſumat ſacra olea pro omnibus Parochis
dictarum Abbatiarum, & per totam diem
ſequentem ea adſportare debeat dictis
Archipresbytero, & Priori, qui dicta olea
diſtribuere debeant in Monaſterijs ante-
dictis abſque vlla recognitione cæteris
Archipresbyteris, & Curatis dictarum
Abbatiarum, qui à prædictis ea accipere
neceſſario teneantur. Mandantes ſub pę-
na ſcutorum vigintiquinque pijs locis ap-
plicandorum, vt omnes prædicti in die
Sabbati ſancti de mane habeant in ſuis
Eccleſijs olea ſancta noua, vt illis vti poſ-
ſint in conſecratione aquæ Baptiſmalis,
& in vnctione infirmorum, ſi occurrerit,
quod vt fiat in tempore, curabunt ſinguli
debere

Digitized by Google

habere aliquem apud dictum Archipreſbyterum, & Priorem, qui pro eis olea ſumat, niſi velint ipſimet accedere.

Cap. Omnis Presbyter. c. in Sabbato de cõſecr. d. 4.

Aqua itaque Baptiſmalis quotannis Sabbatho ſancto, & Pentecoſtes hoc ſolemni ritu benedicta ſeruetur in vaſis æneis, ſeu marmoreis in loco conſpicuo intra tegumentum ligneum benè clauſum, vna cum vaſculis argenteis, ſeu ſtanneis, cum ſuis inſcriptionibus, in quibus ſacrũ Chriſma, oleumq. Catechumenorum aſſeruentur eo modo, & forma, quibus in qualibet Eccleſia pro eius reddituum viribus à Vicario noſtro ordinatum fuit in Viſitatione, ſub pœnis arbitrio noſtro.

De Sacramento Confirmationis.

Licet ſanctiſſimũ Confirmationis Sacramentum tantæ neceſſitatis nõ ſit, ſicut Baptiſmus, tamen ex conferentis dignitate quodãmodo eo dicitur nobilius, & præterquam quod cum eo, ac cæteris Sacramentis habet communem inuiſibilis gratię formam viſibilem; in hoc tamen ſpecialis Spiritus ſancti gratia in cordibus noſtris infunditur, cuius præſidio muniti

De Conſ. d. 5. can. 1. & can. manus.

contra

Digitized by Google

contra Diaboli regnum, vt veri Chriſti milites confirmamur, & roboramur ad pugnam. Ideo in magna veneratione habendum eſt, atque omni ex parte curandum, vt ea qua decet reuerentia, ac puritate ſumatur, ac perficiatur.

Curabunt igitur Parochi, cum contigerit in hac iuriſdictione noſtra illud administrari, vt omnia requiſita, ac neceſſaria diligenter præparentur, doceantq. opportunè Populum, quam neceſſarium ſit Sacramentum huiuſmodi; declarent nomen ipſius Cōfirmationis, illius vim, quæ ſit eius materia, quæ forma, quos effectus pariat, & alia huiuſmodi, quæ à Catechiſmo, alijſq. Eccleſiaſticis auctoribus colligere poterunt.

Moneant, vt qui aliàs hoc Sacramentum ſuſceperit, iterum ad illud ſuſcipiendum non accedat, & nemo ſiue mas, ſiue fęmina ad Confirmationem ſuſcipiēdam adducatur, qui annis ſeptem minor ſit natu.

cap. dict & ſeq. c conſ, d

Vnus Compater, & vna Cōmater tantum admittatur, qui illo anno peccata ſint confeſſi, & ſacram Euchariſtiam ſuſceperint, quique non ſint excommunicati,

cap. n plures conſ. d c. quā de co ſpirit.

C

Digitized by Google

ôc. Tri. ſſ.24.de eſor. c. on licet ım ſeq. iſt. 4.

ti, nec aliquo enormi, ſeu publico peccato notati; doceatq. in hoc Sacramento, ſicut in Baptiſmo, cognationem ſpiritualem contrahi, quæ non ſolum matrimonium contrahendum impedit, verumetiam dirimit contractum.

Habeat vnuſquiſque Parochus librum, in quo Confirmatorum, & eos tenentium nomina, & cognomina conſcribant, necnon ipſius Epiſcopi adminiſtrantis, cum die, menſe, anno, nomenq. ipſius Eccleſiæ, in qua Chriſma fuit adminiſtratum.

De Sacramento P*ænitentiæ*.

QVam neceſſarium nobis ſit ad ſalutem Pęnitentiæ Sacramentum, ob ſummam humanę naturæ fragilitatem, ſatis ezpreſsè docuit Saluator noſter, cum dixit: Niſi pęnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis: cuius exercendi munus cum ſit longè grauiſſimum, nemini committi debet, qui doctrina, moribus, ac prudentia idoneus ad id non reperiatur: ideo vt ſolis dignis, & idoneis ſacerdotibus hoc ſacrum exercitium committatur, de cætero nolumus ad confeſſiones

ıc.c.17. e pænit. ſt.6.c.q ılt.§.iuciaria. ôc.Tri. :p.licet. ſſ.25.

au-

audiendas præter Curatos quempiam admitti, ſiue ſæcularis, ſiue Regularis ſacerdos ſit, niſi diligenter examinatus fuerit à Vicario noſtro, & licentiam in ſcriptis gratis concedendam obtinuerit: reuocantes omnes, & quaſcumque facultates adhuc conceſſas abſoluendi à caſibus nobis reſeruatis: Et qui vſque in pręſentem diem admiſſi fuerint in poſterum, nonniſi licentia in ſcriptis à Generali noſtro Vicario obtēta, hoc ſacro munere perfungatur ſub pęnis arbitrio noſtro declarandis, & infligendis.

Ne vero per ignorantiam quis abſoluat à caſibus, ſeu cenſuris, à quibus non poteſt, præcipimus ſingulis tum Curatis, tum expoſitis, vt in ſedibus confeſſionalibus non ſolum affixam teneant Bullam Cęnæ Domini, verum etiam notam caſuum, qui à nobis reſeruantur, qui ſunt infraſcripti. Cōc Tr ſeſſ. 14. 7.

Caſus reſeruati.

1. Excōmunicati maiori excommunicatione, ſuſpenſi, ſeu interdicti.
2. Blaſphemia hæreticalis contra Deū, vel Beatam Virginem.
3. Abutentes Sacramentis Eccleſiæ, vel

vel alijs ſuperſtitionibus, quibus mortale peccatum ſit annexum, vtentes.

4 . Percutientes parentes.

5 . Raptores, & violatores Virginum, etiam ſub promiſſione matrimonij.

6 . Sponſi ante Matrimonium coram Parocho, & teſtibus contractum carnali ſe inter ſe copula commiſccntes.

7 . Qui in primo, & ſecundo gradu inceſtum commiſerint, quod ad viros attinet.

8 . Abortum, vel ſterilitatem cum effectu procurantes.

9 . Sodomitæ, vel cum brutis coeuntes.

10 . Qui homicidium voluntarium commiſerint, vel paruulos caſu, vel induſtria ſuffocauerint.

11 . Periurius in iudicio cum alterius dãno, vel ſcripturas publicas falſificantes.

12 . Incendiarij, & inciſores vitium, & alienarum arborum cum notabili damno, niſi præuia reſtitutione.

A qui-

Digitized by Google

A quibus nullus Sacerdos etiam Regularis, ſub quorumuis priuilegiorum prætextu, niſi à nobis poteſtas illis ſpecialiter conceſſa fuerit, abſoluere valeat. Sic enim ſacra Cõgregatio ſacroſ. Conc. Trid. locis declarandis præfecta cenſuit, niſi velint ex Viennenſis Concilij Decreto in excommunicationis ſententiam Romano Pont. reſeruatam; & in pænas, ac cenſuras contentas in Decreto de ſpeciali mandato S. D. N. Clementis VIII. die 9. Ianuarij 1601. publicati, incurrere.

Cle[...] de p[...]

Ad ſubleuandas tamen pænitentium conſcientias, & vt in Monaſterijs noſtris Beatæ Mariæ Farfenſis, & S. Saluatoris Maioris, ad quæ ob ſingularem deuotionem omnes Populi harum Abbatiarum perſæpe accedere ſolent, adſit, qui eorum ſpiritualibus neceſſitatibus citius ſuccurrere valeat, in qualibet eorum Eccleſia, conſtituimus vnum Pænitentiarium, videlicet in Monaſterio Farfenſi admodum R. P. Anaſtaſium de Brixia Prælatum dicti Monaſterij. In Monaſterio vero ſancti Saluatoris Maioris R. P. Antonium Sanctium illius Propriorem, quibus poteſtatem abſoluendi à caſibus nobis reſerua-

Cõc. ſeſſ. 2[...] 8.

Digitized by Google

tis concedimus.

Sacerdotes mulierum confeſſiones auditurj quanta maxima fieri poteſt totius corporis, & animi compoſitione ſe muniant, & nemo illas extra neceſſitatis caſus, præterquàm in Eccleſijs in loco patenti ad id ſpecialiter deputato, & quantum ad temporis conditionem attinet, nec ante ſolis ortum, nève poſt eiuſdem occaſum etiam in Eccleſijs eas audiant.

Sedes pro confeſsionibus audiendis habeant ligneas, eo modo, & forma diſpoſitas, prout in qualibet Parochiali, & Collegiata Eccleſia, in Viſitatione per Vicarium, & Viſitatorem noſtrum mandatum fuit, & extra dictas ſedes confeſsiones mulierum audire nemini liceat, ſiue ſæcularis, ſiue regularis Confeſſarius ille fuerit; quod ſi quis contrafacere præſumpſerit, eo ipſo ab audiendis confeſſionibus, arbitrio noſtro ſit ſuſpenſus.

n- Nullus Curatus alterius Parochianum
& ad confeſſionem admittat, niſi ei à proprio Parocho ſpeciali data poteſtate.

ri. Si ex aliqua legitima cauſa Curatus a-
.2. liquem in ſuo munere ſubſtituere velit, id
.5. ei facere minimè liceat, niſi ſubſtituendus
r.

à Ge-

Digitized by Google

à Generali noſtro Vicario prius fuerit approbatus.

Confeſſarij in huius miniſterij functione honorem Dei, & animarum ſalutem ante oculos ſolum ſibi ponant, neque lucri, vel terreni alicuius commodi cauſa, ad hoc Sacramentum exercendum accedant: quapropter à pænitentijs pecuniarijs, in quantum poſſunt, abſtineant, & ſi quas iudicauerint iniungendas, neque ſibi, neque ſuæ Eccleſiæ illas applicent, ſed pænitentis arbitrio, ſiue Eccleſijs, ſiue locis pijs applicandas relinquant.

Et vt ab omnibus vnus, & idem in abſoluendo pænitentes ritus ſeruetur, infraſcriptum à Romana Eccleſia præſcriptum ab omnibus iuriſdictionis noſtræ Confeſſarijs ſeruari mandamus.

Sacerdos poſtquam dixit, Miſereatur tui, &c. Indulgentiam, &c. extendens manus de more ſuper caput cõfitentis dicat:

Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & Ego auctoritate ipſius mihi conceſſa, abſoluo te in primis à vinculo excõmunicationis in quantum poſſum, & tu indiges: Item eadem auctoritate abſoluo te ab omnibus peccatis tuis: In nomine

Digitized by Google

Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Poſtea ſublata manu dicat:

Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, & merita Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, & mali ſubſtinueris, ſit tibi in remiſſionem peccatorum tuorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen. Vade in pace.

De Sacramento Euchariſtiæ.

Cõc. Trid. ſeſſ. 13. c.

SAcramentũ hoc cæteris alijs dignius, ac nobilius, in quo Chriſtus realiter continetur, ab ipſo Saluatore diſceſſurus de hoc mundo ad Patrem fuit inſtitutum, vt diuitias ſui erga nos amoris oſtenderet; & ſpiritualis interioris hominis cibus, pignusq. eſſet futuræ gloriæ, ac perpetuæ fælicitatis noſtræ: quamobrem volumus, vt quam maxima fieri poteſt fide, honore, ac diligentia in Altari maiori cuiuslibet Parochialis Eccleſiæ conſeruetur, ſub decenti Pixide intra Tabernaculum, clauibus munitum, atque ordinatum ad præſcriptum Viſitationis factæ à Viſitatore noſtro, atque vt ante ipſum ſemper vna, vel

Cap. 1. de cuſto. Eccleſ.

Cap. ſane de celeb. Miſſ.

Digitized by Google

vel plures lampades accenſæ interdiu, noctuq. teneantur, ſub pæna ſcutorum decem pijs vſibus applicandorum.

Decimo quinto ad minus, & vbi ſit opus octauo quoque die particulas conſecratas renouari mandamus, quamobrem ſingulorum conſcientiam oneramus, omnemq. diligentiam adhiberi, ne per incuriam aliquid tanti Sacramenti depereat, ſub pænis à ſacris Canonibus conſtitutis.

Doceant ſæpe Curati ſuos Parochiales huius ſanctiſsimi Sacramenti virtutes, atque excellentiam, & ad frequentem illius ſumptionem illos hortentur, curentq. diligenter, vt iuxta Eccleſię pręceptum quilibet in Paſchatis ſolemnitate præuia peccatorum ſuorum confeſſione in propria Parochia communicet: Qui vero dicto tempore ad communionem non acceſſerint, annotentur, & eorum nomina quamprimum ad Vicarium noſtrum tranſmittantur, vt tanquam inobedientes debitis pænis multentur, & ſi tales moriantur, Eccleſiaſtica careant ſepultura.

Cap. omnis. de pænit. & remiſſ.

Iux. Cōc. Lateran. de cr.

Et vt facilius hæc obſeruentur, nullus Curatus, aut Sacerdos aliquem ad communio-

d. c. omnis de pænit. & remiſſ.

munionem recipiat extra Parochiam ſuã dicto tempore Paſchali.

Purificatio autem poſthac ne præbeatur laicis in Calice conſecrato; ſed quilibet Parochus habeat vas, ſeu cyathum ad purificandos eos, qui ſacram Communionem ſumpſerint, & illo ad alium vſum nõ vtatur, & debito loco conſeruetur, ſub pæna ſcutorum decem pijs vſibus applicandorum, & alijs arbitrio noſtro.

In illis Eccleſijs, in quibus adhuc nõ eſt erecta Societas Corporis Domini, quamprimum illam inſtitui mandamus, eamq. Parochus curabit aggregari alicui Archiconfraternitati de Vrbe ad indulgentias conſequendas; cuius Confraternitatis cõfratribus præcipuum munus erit Sanctiſſimum Sacramentum comitari, cum ad infirmos, ſeu cùm in proceſſionibus defertur, & alia pia opera exercere, quæ ex Bulla Pauli III. ſuper erectione Societatis prædictæ illius Confratribus ſunt præſcripta.

Cum ſanctiſſimum Sacrameutum ad infirmos apportari contigerit, Parochus campanæ ictibus ſigno dato ad conuocandos Confratres, & alias perſonas neceſ-
ſarias,

ſarias, indutus ſuperpelliceo, & ſtola alba atque Pluuiali, ſi illud adſit, ac velo ſerico ſuper humeros impoſito, accedat ad Altare, ibiq. genuflexus aliquantiſper orabit, poſtea duas particulas conſecratas in Pixide ſub vmbella accipiat, alijs in Tabernaculo relictis, quarum vna ad communicandum infirmum vtetur, alteram eodem cultu, & religione, cereiſq. accenſis in reditu ad Eccleſiam deferat. Quod intelligendum eſt in oppidis, & terris amplioribus. Si vero per loca inuia illud deferri contigerit, & in locis à Parochialibus per vnum, vel duo milliaria diſtantibus, eo caſu ſufficit vnam hoſtiam tantum deferre; tunc autem communicato infirmo, extinctis luminibus, depoſita ſtola, & Cotta, ad Eccleſiam, vel domum reuertatur. Cõc. Trid. ſeſſ. 13. c. 6.

Cum peruentum fuerit ad domum infirmi, Sacerdos ea omnia obſeruet, quæ in Sacerdotali libro habetur, ſub pænis arbitrio noſtro iniungendis.

De Sacramento Extremæ Vnctionis.

SIcut in omnibus alijs Sacramentis cõferendis, ac recipiendis magna præ-

Digitized by Google

Cõc. Tri. ſeſſ. 24. c. 1. de Sac. ext. Vnct.

paratio, atque diligentia adhibenda eſt, ita in hoc quod in extremæ vitæ periculo adminiſtratur, Parochi omnia pietatis, ac Parochialis ſollicitudinis officia exercere debent, vt fideles ex hac mortali vita migrantes, aduerſus Diaboli verſutias tunc præſertim quærentis, quomodo poſſit animas eorum perdere, roborentur, ac contra illius tentationes fortiores reddantur.

d. ſeſſ. 14. c. 3.

Caueant igitur Parochi, ne in hoc Sacramento adminiſtrando moram, aut negligentiam aliquam contrahant, ſed quacumque hora ad vngendum infirmum vocati fuerint, ſtatim ſuperpelliceo, ac ſtola induti cum oleo infirmorum, in vaſculo argenteo, vel ſtamneo, omni cum reuerentia accedant, illumq. commonefaciãt, hãc ſanctam Vnctionem peccati reliquias abſtergere, animam illius ſubleuare, atque confirmare, magnam in eo diuinæ miſericordiæ fiduciam excitando, eaque omnia in infirmo inungendo obſeruabũt, quæ in libro Rituali in hoc Sacramento adminiſtrando ſeruanda ponuntur.

Catechiſ. Rom. de Ext. vnct. 34.

Hoc Sacrãmentũ non conferant impænitentibus, & in peccato mortali notorie decedentibus, puerisq. vſum rationis non

habētibus,& inſanis,neque mulieribus in partu laborātibus, nec ijs qui vltimo ſupplicio plectendi ſunt, ſed tantum infirmis adultis in extremo vitæ cōſtitutis, & proxime ex illa migraturis, nec confeſtim illos in tali ſtatu deſerant, ſed Pſalmis,& orationibus, alijsq. ſpiritualibus auxilijs eos adiuuent, vt animæ illorum breui illo itineris ſpatio, quod ſupereſt, ad ſalutis portum tuto dirigantur.

De *Sacramento Ordinis*.

QVoniam in hac noſtra Iuriſdictione omnes promouendi ad ordines minores,vel ſacros debent adire viciniorem Ordinarium, pro illis ſuſcipiendis, aut dimiſſorijs obtinendis: Mandamus, vt antequam ad dictum viciniorem Collatorem aliquis accedat coram nobis, ſeu Vicario noſtro ſe præſentet pro litteris teſtimonialibus habēdis, quas ei habere non licebit, niſi prius nobis cōſtiterit de illius laudabili vita,de bonis moribus, congrua ſcientia, legitimis natalibus, & eum in Eccleſia, in quam adſcriptus eſt, piè, ac diligenter præſcriptas ſibi functio-

Cōc. Tri. ſeſſ. 23. c. 3. 4. & 5. de refor. Sixt. V. cōſtit. quæ incip. Sanctum, & ſalutare.

Digitized by Google

functiones præſtitiſſe.

Qui in Ordinibus miniſtrabunt, curent omnino, vt illis ſacris veſtibus ſint induti alijſq. Eccleſiaſticis ornamentis, eoq. modo illa deferant, prout proprijs ordinibus conuenire ſancitum eſt.

Ille vero, qui non eſt in ſacris conſtitutus, non vtatur Dalmaticis, cæteriſq. ſacrorum ordinum inſignibus.

De Sacramento Matrimonij.

QVantæ reuerentiæ, religionis, ac pietatis ſit hoc Matrimonij Sacramentum hinc intelligi poteſt, quod Deus ipſius auctor fuerit, cum in terreſtri Paradiſo primos noſtros parentes hoc contractus vincuto coniunxit; & Chriſtus Dominus illud inter ſeptem Eccleſiæ Sacramenta collocarit, atque inſtituerit, & tanquam manifeſtum ſuæ coniunctionis, cum Eccleſia ſancta ſignum reliqnerit, ob quam ſignificationem Diuus Paulus pa-
Epheſ. 5. tentibus verbis illud, magnum, appellauit. Conſequens eſt igitur, vt tam ſanctum Sacramentum, tantiſq. plenum myſterijs, non niſi piè, ac religiosè trattetur.

Quare

Digitized by Google

Quare ad tollenda multa ſcãdala, quæ ex clandeſtinis Matrimonijs oriri ſolent, ſub grauiſſimis arbitrio noſtro pænis, mandamus omnibus curatis iuriſdictionis noſtræ, vt ſæpius in anno inter Miſſarum ſolemnia Populo aſtante, alta, & intelligibili voce Decretum Conc. Trid. cap. 1. ſeſſ. 24. de Refor. Matrim. legant, publicent, ac materna lingua explicent, in eoq. contenta obſeruent, ac obſeruari faciant. Cóc. Tri. ſeſſ. 24. de refor.

Nullus Parochus, ſiue illius ſubſtitutus Matrimonium aliquod celebret, niſi factis prius in vtriuſque ſponſi Parochia inter Miſſarum ſolemnia tribus monitionibus, tribus feſtis continuis, & nullo in eis impedimento detecto. cap. 1. §. idcirco.

Nolumus tamen, quo die Matrimonij contrahendi vltima denunciatio facta eſt, eo ipſo Matrimonium celebrari, niſi impetrata à nobis poteſtate: Si vero in dictis tribus monitionibus, ſeu in qualibet illarum aliquod impedimentum fuerit oppoſitum, ad Vicarium noſtrum quamprimũ tranſmittat, & interim ſub pæna excommunicationis cohabitare, & ſimul verſari ipſis ſponſis interdicat. Quod ſi aliter Matrimonio interuenire præſumpſerit, tamdiu Cap. ſup eo. de có ſang. & af finit. Cap. propterea. de ſponſal. matri.

Digitized by Google

diu ſuſpenſus maneat, quàm diu nobis videbitur.

Curent Parochi, antequam Matrimonia celebrent, vt contrahentes ſciant orationem Dominicalem, Salutationem Angelicam, Duodecim articulos Fidei, & decem præcepta Legis; & antequam contrahant, hortentur, vt diligenter peccata ſua confiteantur, & ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum piè ſuſcipiant.

d.c.1. ſeſſ. 24. c. aliter 30. q. 5.

Matrimonium non domi, ſed in Parrochiali Eccleſia, præſente proprio Parocho, ac duobus, vel tribus teſtibus celebretur, & in Miſſæ celebratione ſponſorum benedictio perficiatur, quod tamen in ſecundis nuptijs non eſt faciendũ, niſi ſecundæ ſint ex parte viri, primæ vero ex parte mulieris.

Cõc. Trid. ſeſſ. 24. c. 7. de ref. matr.

Matrimonijs eorum, qui vagantur, & certas ſedes non habent, Parochi non interſint, niſi prius diligentem inquiſitionẽ fecerint, & re ad Vicarium noſtrum delatam licentiam id faciendi obtinuerint, & idem ſeruari mandamus in Matrimonijs eorum, qui prætendunt Maritũ, vel vxorem in longinquis partibus præmortuos eſſe.

Vt

Vt illo malo, atque periculo quod oriri ſolet, ex longa mora in celebrandis matrimonijs poſt denunciationes factas remedium aliquod adhibeamus, præcipimus Curatis, cæteriſq; omnibus, quibus cura coniungendi in Matrimonium contrahentes demandata eſt, ne elapſo menſe eoſdē ſponſos in Matrimonio iungant: ſed alias fieri publicationes mandamus; quæ niſi factæ fuerint in celebratione eorumdem Parochi non interueniant.

Ad collendum aliud malum ſuperiori proximum, nemini contrahenti ſponſalia de futuro liceat amplius ad Domũ ſponſæ accedere, eam alloqui, eius manus attingere, nec ei cingulum tradere, ſed ſufficiat ſponſo mutuam inter ipſum, ac parentes, fratres, conſanguineoſve ſponſæ fidem de contrahendo interueniſſe, & ab iſtis actibus eo vſque ſe abſtineat, quouſq; à proprio Parocho per verba de præſenti publicè in Eccleſia eam deſponſauerit, & contrafacientes ſciant ſe acriter arbitrio noſtro puniendos.

Sciant Parochi, illudq. ſuis ſubditis declarent ex Conc. Trid. præſcripto ab Aduentu Domini, vſque ad Epiphaniæ (Cóc. Trid. ſeſſ. 24. c. 10.)

feſtum, & à feria quarta Cinerum vſque ad Octauam Paſchæ incluſiue, interdictas eſſe nuptias. Ideo non niſi poſtridie illius diei, qui poſtremus eſt ſupradicti temporis ſolemnitates nuptiarum celebrare licet.

d.ſeſ.24.c. 1.§.habeat librum.

Volumus etiam, vt quilibet Parochus noſtræ iuriſdictionis habeat librum, prout iam in Viſitatione à noſtro Generali Vicario conſtitutum fuit, in quo denunciationes factæ, dies, & locus celebrati matrimonij, coniugum, teſtiumq. nomina propria manu ipſius Parochi deſcribantur infraſcripti tenoris videlicet.

Io N. Rettore della Parochiale Chieſa di S. N. Giuriſdittione dell'Abbatia di Farfa ò S. Saluatore Maggiore di neſſuna Dioceſe faccio fede in tre giorni di feſta continui inter Miſſarum ſolemnia, *ne la detta mia Chieſa Parochiale hauere denuntiato il Matrimonio da contraherſi frà N. & N. & non vi eſſendo ſtato oppoſto, ne reuelato alcuno legitimo impedimento, interrogati li ſopradetti, & hauuto il loro mutuo conſenſo, & oſſeruato quanto commanda il Sacro Concilio di Trento li hò congiunti in Matrimonio nell'iſteſſa mia Chie-*

Chieſa, queſto di . . . 1604. preſenti N. & N. Io N. Rettore della Parochiale di S. N.

Curabunt omnino Parochi illorũ graduum conſanguinitatis, affinitatis cognationis ſpiritualis, affinitatis ex fornicatione contractæ, necnon publicæ honeſtatis, in quibus ex Sacr. Conc. Trid. præcepto prohibitum eſt Matrimonium contrahere, veram notitiam aſſequi, vel ex ipſo Conc. Trid. vel ex aliqua approbata ſumma, vt populos ſibi ſubiectos, docere valeant, ne ex eorum imperitia matrimonia in gradu prohibito per errorem contrahi contingat, prout perſæpe euenire ſolet.

Pius V. in conſtit. incip. ad Romanos ſpectat. Cõc. Trid. d. ſeſſ. 24. de ref. c. 3 & 4.

De Miſſæ Sacrificio.

Miſſæ Sacrificium, quod à Domino Ieſu Chriſto inſtitutum eſt, & in quo idem Chriſtus cõtinetur, & incruente immolatur, ea dignitate, ac deuotione tractandum eſt, qua tantum Myſterium decet, ac conuenit. Quapropter Sacerdotes ſacrificium hoc celebraturi cũ omni interiori cordis munditia, ac recta fide, cumq. metu, & reuerẽtia ad tantum Myſterium exequendum accedant.

Cõc. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. & 2.

Digitized by Google

Et ne in celebrando aliquid illis occurrat, quod illius, ac adſtantium mentes perturbet, vnuſquiſque ſacerdos ſit diligens in prouidendis rebus neceſſarijs, & accuratius in ijs præuidendis, quę legenda ſunt, & antequam ad Altare proficiſcatur, Matutinum, ac laudes, ſaltē recitarit.

d. ſeſſ. 22. Decr. de obſeru. & euitan. in celeb. miſ.

In poſterum nullus ſacerdos ad Miſſæ ſacrificium primo peragendum admittatur, niſi prius conſtiterit eum ſacras ceremonias recte didiciſſe, & à nobis, ſeu Vicario noſtro licentiam id agendi obtinuerit. Quod etiam ſeruari mandamus in Diaconibus, ac ſubdiaconibus, antequam eorum miniſteria ſint peracturi, ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis.

Seſſ. 23. c. 16. §. nullus.

Sacerdos alterius Diœceſis ad celebrandam Miſſam, & alia diuina officia in hac noſtra iuriſdictione non admittatur, qui non habeat litteras dimiſſorias à ſuo Ordinario. Et nullus laicus, ſi fieri poteſt, miniſtret Altari, ſed clericus, qui ſuperpelliceo indutus, ſit bene inſtructus circa miniſterium ſuum.

Cōc. Tri. ſeſſ. 22. de obſeru. & euit. in celeb. miſſ. §. noſtremo.

In Parochialibus Eccleſijs Dominicis, & alijs feſtiuis diebus, quibus de præcepto Miſſa audienda eſt, illis horis Parochi

eas

Digitized by Google

eas celebrare curent, quæ commodiores ſunt populo, quas tamen, nec ante lucem, nec poſt meridiem celebrare audeant.

In Eccleſijs vero Ruralibus, & in Oratorijs non celebretur Miſſa ſine noſtra, vel Vicarij noſtri licentia: quæ minimè concedetur, niſi viſitatis, benedictiſq. præfatis Eccleſijs, & niſi conſtiterit eſſe ijs prouiſa omnia requiſita ad celebrationẽ. Nec in ſupradictis locis celebrare poſſint ante, vel quando celebratur Miſſa Parochialis, niſi de conſenſu Parochi.

c. Miſſarũ de conſec. diſt. 1. & c. ſicut c. nullus Presb.

c. 1. de cõſ. diſt. 3.

De Eccleſiis, & earum immunitate.

CVm in Eccleſijs ædificandis, & in iam obſtructis magna cura ſit adhibenda, ne aliquid contra ſacros Canones, Eccleſiaſticoſq. ritus admittatur, aut tollatur. Præcipimus, atque iubemus, vt nullæ Eccleſiæ, ſeu Capellæ denuo extruantur in hac noſtra iuriſdictione, nec Monaſteria etiam Religioſorum, ſeu oratoria aliqua ædificentur ſine noſtra, ſeu Vicarij noſtri licentia in ſcriptis obtinenda, & abſque ea in iam extructis nihil ma-

c. nemo c. hic ergo de conſ. diſt. 1

Digitized by Google

gni momenti deſtrui, reædificari, innouariuè mandamus.

c. Eccleſias de conſec. diſt. 1.

Altaria vero erigi nolumus, niſi congruè arbitrio noſtro dotentur, & de neceſſarijs prouideantur, & illa non in quacumque Templi parte extrui debeant, ſed commodo, ac decenti loco, & non niſi ex lapide fiant iuxta præſcriptum viſitationis.

c. Altaria de conſeç. diſt. 1.

c. ſicut d. diſt. de cõſ. Cõc. Tri. ſeſſ. 24. de Inuoc. & vener. ſanĉto.

Vnumquodq. Altare habeat, ſi non fuerit totum conſecratum aram ſiue Altariolum paruum lapideum cõſecrotum, & ſuper Altare ſit Icona, vel aliqua ſacra Imago depicta, habeat etiam candelabra duo, Crucem in medio cum carta ſecretorum, Tobaleas neceſſarias ad ſacrum faciendum; linteola, pallium ex ſerico, ſeu ex aliqua alia idonea materia, ſcabellum paruum, ſeu puluinar pro Miſſale tenendo, necnon ſcabellum inferius tantæ longitudinis, quantæ ipſummet Altare.

Eccleſiæ omnes, tum ſimplices, tum Curatæ, atque Oratoria ipſa ſua habeant oſtia cum ſera, ac peſſulis, quibus debito tempore claudi poſſint. Oratoria vero Campeſtria cancellis muniantur, etſi pau-

perta-

Digitized by Google

pertate Dominorum id fieri nequit, diruantur, & eorum materia ſeu cementum iuxta Conc. Trid. decretum Parochiali Eccleſiæ applicentur.

Prohibemus etiam, ne in prædictis Eccleſijs, & Oratorijs aliquid prophanum, ſeu ad laicorum vſum deſtinatum conſeruetur, vel reponatur, & dum in ipſis ſacrum Miſſæ peragitur, nemo deambulare, mendicare, arma haſtata, & Archibuſia introferre permiſſum ſit, niſi Curiæ Miniſtris, & Officialibus.

Cõc. Trid. ſeſſ. 22. decr. de obſ. & euit. in celeb. miſ. Pius V. cõſtit. q̃ incipit cum primũ §. paupe-res.

Vt autem dictarum Eccleſiarum bona, iura, & actiones, quo ad eius fieri poteſt conſeruentur, hoc præſenti decreto mandamus omnibus, & ſingulis quæcumque beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, & quorumcumque piorum locorum Gubernatoribus, vt infra ſex menſes poſt publicationem præſentis Synodi Inuentarium generalem omnium bonorum Eccleſiaſticorum, Iurium, beneficiorum, & dictorum locorum exactè, ac fideliter conficiant cum ſuis finibus, & terminis manu publici Notarij, cuius inuentarij exemplum in manus Cãcellarij noſtri infra dictum tempus tranſmittant ſub pœna ſcu-

Digitized by Google

torum vigintiquinque.

Extrauag. ambitioſe de reb. Eccl. non ali.

Locationes rerum Eccleſiarum vltra triennium, & ſine publico Inſtrumento ne fiant, prohibentes Clericis Eccleſiarũ ſuarum bona propinquis Patronis ceſſionarijs, aut coniunctis ſuis locare.

Pius V. cõſti. 98. quæ inci. Et ſi.

Permutationes vero, cenſus, ſeu quos dicunt perpetuos Canones fieri omnino prohibemus, niſi nobis conſtiterit rem eſſe ſolitam alienari, & in euidentem vtilitatem Eccleſiæ fieri, & cum beneplacito, ac aſſenſu Sedis Apoſtolicæ: alias irritæ, & nullæ habeantur, & contrafacientes incurrent in pœnas inflictas per Conſtit. Pauli II.

d. extrau. ambitioſe.

Rectores Eccleſiarum ſuarum bona malè alienata recognoſcant, & earum iura perſequantur, & ſuper eiſdem ad aliquam tranſactionem, renouationem, ſeu compoſitionem deuenire minimè poſſint nobis inconſultis, ſub pœna arbitrio noſtro.

Cõc. Trid. Seſſ. 25. c. 12.

Et quoniam in ſoluendis Decimis in hac noſtra Iuriſdictione multæ fraudes committuntur, Mandamus omnibus, & ſingulis, qui ad qnarumcumque Decimarum ſolutionem tenentur, vt eas, quibus

legiti-

Digitized by Google

legitime debentur, integrè iuxta loci conſuetudinem perſoluant, ſub pœna excõmunicationis, à qua non abſoluantur niſi plena reſtitutione ſequuta.

Super ſolutione Decimarum ne liceat Parochis, & alijs Clericis quouis pacto, ſeu condicione cum ſuis ſubditis componere, in præiudicium ſuarum Eccleſiarum, ſub pęnis alienatoribus bonorum Eccleſiarum indictis.

Prohibemus etiam ſub pęna excommunicutionis latæ ſententiæ, ne eueniente vacatione alicuius Eccleſiæ per mortem Rectoris, ſupellectilem, ſeu quamuis aliã rem, vel ſcripturas ad vacantem Eccleſiã pertinentes aliquis aſportet, ſeu occultet, ſed prædicta omnia fideliter conſignentur ſucceſſori.

Nullus Clericus foro priuilegij gaudeat, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, vel alicui Eccleſiæ inſeruiat, habitumq. & tonſuram geſtet. Cõc. Tr ſeſſ. 23. c.

De Confraternitatibus laicorum.

VT omnia, quæ ad Confraternitates laicorum ſpectant, in hac noſtra

Digitized by Google

ſtra Iuriſdictione rectius , & quo decet ordine obeantur , volumus , atque mandamus, vt Confraternitates prædictæ Cõ-ſtitutiones, ſeu ſtatuta aliqua habere non poſſint, niſi prius à nobis, ſeu Vicario noſtro Generali, ſi quæ ſint, quæ correctione indigeant, correcta, & approbata fuerint: & antea quàm aliquis in dictis Confraternitatibus deſcribatur , hortamur Confratres, vt ipſa ſtatuta, & conſtitutiones prius ei oſtendant, & de omnibus ad ipſos Confratres ſpectantibus plenius doceant, vt rectè officio ſuo ſatisfacere poſſit .

öc. Tri. ſſ. 22. c.

Miſſę , cæteraq. officia diuina in Oratorijs dictarum Confraternitatum ita celebrentur, vt Parochialium Eccleſiarum ſacrificia præces horariæ, concioneſque non impediantur .

Nullus Sacerdos in Capellanum à dictis Cõfraternitatibus eligatur, qui prius à Vicario noſtro non fuerit approbatus, & in ſcriptis ab eo licentiam obtinuerit.

In proceſſionibus deuotè , & ordine debito Confratres incedant, ita vt antiquiores Confraternitates recentioribus , & prius confirmatæ, ijs, quæ poſterius, præfe-

Digitized by Google

præferantur.

Quoniam vero, vt audiuimus, in hac noſtra Iuriſdictione aliquæ laicorum Cõfraternitates in aliquibus Sanctorum ſolemnitatibus ſolẽt ex eleemoſinis ad pios vſus deſtinatis, & redditibus ipſarũ Confraternitatum, conuiuia, comeſſationes, ludos, & ſimilia prophana celebrare; quæ quidem comeſſationes, ac hominum cœtus ſolent perſæpe grauia ſcandala, & inimicitias gignere; hos atque horum ſimiles abuſus deteſtantes, omnino illa fieri prohibemus, ſub grauiſſimis pęnis arbitrio noſtro contrafacientibus infligendis. Cõc. Tri. ſeſſ. 25. de Inuoc. & vener. ſanct. §. in has.

Habeant Officiales libros rationum, & quotannis iuxta Conc. Trid. Decretum ſuorum reddituum, & expenſarum Vicario noſtro, ſeu deputandis ab eo rationem reddant. d.c.8. ſeſſ. 22. & c. 15 ſeſſ. 7.

De *Hoſpitalibus*.

INter cætera Paſtoralis ſollicitudinis onera Hoſpitalium pauperum cura locum habet. Prouidendum eſt igitur, vt ea loca, quæ ad excipiendos, atque alendos pauperes, peregrinos, & aduenas

piorum

Digitized by Google

piorum eleemoſinis inſtituta, nullam in his, quæ ad ipſorum bona, & inſtitutionem pertinent, in poſterum iacturam faciant, hoc præſenti decreto in Domino hortamur atque monemus, omnes, & ſingulos Hoſpitalium, vel Xenodochiorum Adminiſtratores, ſeu Officiales, vt infra terminum vnius menſis à die pręſentis Synodi publicatione Inuentarium omnium bonorum mobilium, & immobilium, iurium, ac prouentuum quorumcumque ad dicta Hoſpitalia quomodolibet ſpectãtium omnino conficiant, illiusq. Inuentarij exemplum apud dicta Hoſpitalia, ſeu illorum Adminiſtratores perpetuo conſeruandum referant in principio libri: Ipſorumq. Hoſpitalium redditus, & expenſas dati, atque accepti plenè, ac fideliter deſcribant, & ſingulis annis Vicario noſtro, prout ſupra de Confraternitatibus dictum eſt, rationem reddant.

d.c.15.ſeſ. 7.

Inhibemus pręterea atque mandamus omnium dictorum Hoſpitalium Prioribus, ſeu Cuſtodibus, ne poſthac aliquem pauperem recipiant, ſiue virum, ſiue feminam, qui prius non fuerit viſus, ac interrogatus de illius condicione, ac patria

ab

ab Archipresbytero illius loci, & ab ipſo licentiam, ſi ita ſibi viſum fuerit expedire, in ſcriptis abtinuerit de illo recipiendo, ſub pęna priuationis officij, & alijs arbitrio noſtro.

Curentq. diligenter Cuſtodes, ſeu Priores prædicti, vt qui hoſpitio recepti fuerint, modeſte, ac ſine aliquo ſcandalo viuant, & illos vltra vnum diem, & noctem vnam ibidem commorari ne ſinant, niſi fuerint infirmi.

De Mortuorum exequijs, & ſepulturis.

CHriſtianorum corpora pijs precibus adhibitis, ac ſolemni quodam ritu ſepelire Eccleſia ſemper magnopere commendauit, & hoc pietatis opus inter cætera Chriſtianæ charitatis officia referri voluit. Exequiarum itaque honor fidelibus piè, ac religioſè à Curatis, cæteriſq. Iuriſdictionis noſtræ Clericis impendatur, qui non niſi ſuperpelliceo induti, & ſumma qua decet ſanctitate, atque decore exequijs prædictis interſint.

Ante ſolis ortum, & poſt illius occa-

Digitized by Google

c. omnes de penit. & remiſs. Siluest. in ſumma §. ſepultura

ſum mortuum efferri, & ad ſepulturam recipi prohibemus: & caueant Rectores, ne cadauera eorum, quibus Eccleſiaſtica ſepultura à ſacris Canonibus interdicitur, ſepelire ſinant ſub pęnis à iure ſtatutis.

c. 1. de ſepultur. Conc. Later. ſeſ. 25.

Vt debitus honor Parochis deferatur, & vt ne contingat indignos in Eccleſijs ſepeliri, mandamus cadauera mortuorum nō extrahi de Domibus ad effectum ſepeliēdi in quibuſuis Eccleſijs, niſi prius proprio Parocho id ſignificatum fuerit, ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis.

Pauperum, ac miſerabilium perſonarum corpora, quæ ſua impenſa humari nequeunt, à Parocho, qua maxima fieri poterit Chriſtiana pietate, ſumptibus Eccleſiæ ſepeliantur.

Mandamus omnibus Iuriſdictionis noſtræ Rectoribus, ne patiantur in ſuis Eccleſijs corpora mortuorum ſepeliri, niſi in ſepulchris cum lapidibus, ſeu operimentis benè aptatis, atque diſpoſitis ſub pœna ſcutorum vigintiquinque locis pijs arbitrio noſtro applicandorum. Et ſepulchra, quæ prædicta operimenta lapidea, ſeu marmorea non habent, Curati effi-

ciant

ciant, vt humo impleantur ſub dicta pęna, niſi intra ſpatium vnius menſis Patroni dicta ſepulchra aptauerint iuxta Decreta viſitationis factæ à Generali noſtro Vicario.

In Eccleſijs venales ſepulturas non habeant, & pro illis nihil accipiant ſub pęna ſuſpenſionis arbitrio noſtro.

c. non ſatis &c. audiuimus de ſimon.

Declarantes, quod per hoc decretum non intendimus auferre id, quod ex conſuetudine vniuſcuiuſque Eccleſiæ pro exequijs, & funeralibus, & illorum recognitione Rectoribus datur.

Gloſ. in c. dilectus in in verſ. ꝑ exequijs de ſimon.

De Legatis pijs, & eorum exequutoribus.

QVoniam congruum eſt, & noſtræ fidei ex Sacr. Canon. diſpoſitione commiſſum, vt piæ teſtatorum mentes, ac voluntates debitæ executioni demandentur.

c. nos quidem c. tua nobis c. Ioãnes de teſtam. Cõc. Tri. ſeſ. 22. c. 8

Volumus atque præcipimus, vt Notarij omnes huius noſtræ Iuriſdictionis intra decem dies, poſt defuncti obitum omnia legata Eccleſijs, alijſq. pijs locis à Teſtatoribus quomodolibet relicta Vicario

Digitized by Google

noſtro denunciare teneantur pœna excommunicationis propoſita ijs, qui huic noſtro Decreto non paruerint.

Rectores Eccleſiarum librum conficiant, in quo diligenter ab eis annotentur legata olim facta, & nondum ſoluta, & quæ deinceps fient, vt illa quamprimum omnino exequutioni mandare possimus.

De *diebus feſtis obſeruandis*.

Côc. Tri. ſeſſ. 25. de inuoc. & vener. ſaet. ius V. onſt. quę ncipium rimũ §. vero.

VT cultus, qui à fidelibus Deo debetur, non ſolum non deficiat, ſed quo ad eius fieri pateſt in hac noſtra Iuriſdictione augeatur, iubemus, atque præcipimus ex præſcripto Sac. Conc. Trid. & aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, dies feſtos, qui ad celebrandas Dei laudes, ſanctorumq. memoriam piè colendam inſtituti ſunt, ita ab omnibus ſeruari, vt diebus Dominicis, atque alijs inferius annotandis, qui vel Eccleſiæ præcepto, vel loci conſuetudine colendi ſunt, nullum opus ſeruile, ſiue mechanicum, ſiue rurale ſit, fiat; nihil emi vendivè poſſit, niſi quod ægrotis, vel victui illius diei

neceſ-

Digitized by Google

neceſſarium ſit; res tamen ipſæ vænales, nec ante fores Eccleſiæ, nec in Cęmeterijs proponantur, nec vendantur, ſub pęna ſcutorum quinque pijs vſibus applicandorum.

Et quia ad feſtorum dierum cultum ſpectat non ſolum nullum ſeruile opus facere, ſed etiam bona opera exercere, & à peccatis abſtinere, docebunt Parochi diebus feſtis, Dei cultui dicatis, diuinis officijs, concionibuſq. adiendis, cæteriſq. id genus pijs operibus dandam eſſe operam, & ſub pæna peccati mortalis ad Miſſæ ſacrificium integrè audiendum omnes debere, legitimo impedimento ceſſante. c. miſſas de cõſec. diſt. 1.

Quod vt facilius fiat, prohibemus diebus feſtis, dum celebrantur diuina officia, vllum quocumque ludo ludere, aut cauponas adire, commeſſationes, & ebrietates, choreas, & ſpectacula exercere ſub pæna ſcutorum vigintiquinque locis pijs applicandorum.

E Dies

Digitized by Google

Dies feſti in Iuriſdictione noſtra obſeruandi.

OMnes Dominicæ dies.

Paſcha Reſurrectionis cum duobus ſequentibus diebus.

Aſcenſio Domini.

Pentecoſtes cum duobus ſequentibus diebus.

Corpus Chriſti.

Menſe Ianuario.

1 Circumciſio Domini.

6 Epiphania Domini.

17 Santi Antonij Abbatis pro deuotione cuiuſq. loci.

20 Sanctorum Fabiani, & Sebaſtiani Martyris, ex deuotione, vt ſupra.

Februario.

2 Purificationis B. Mariæ Virginis.

3 Sancti-Blaſij Martyris, ex deuotione, vt ſupra.

24 Sancti Matthiæ Apoſtoli.

Mar-

Martio.

21 Sanɗti Benediɗti Abbatis, ex deuotione, vt ſupra.
25 Annunciationis B. Mariæ Virginis.

Aprili.

25 Sanɗti Marci Euangeliſtæ.

Maio.

1 Sanɗtorum Philippi, & Iacobi Apoſtolorum.
2 Inuentionis ſanɗtæ Crucis.

Iunio.

24 Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ.
29 Sanɗtorum Petri, & Pauli Apoſtolorum.

Iulio.

2 Viſitationis B. Mariæ Virginis, ex deuotione, vt ſupra.
25 Sanɗti Iacobi Apoſtoli.

Digitized by Google

Auguſti.

4 S. Dominici, ex deuotione vt ſupra.
5 Dedicationis S. Mariæ ad Niues, ex deuotione vt ſupra.
10 S. Laurentij Martyris.
15 Aſſumptionis B. Mariæ Virginis.
24 S. Bartholomæi Apoſtoli.

Septembri.

8 Natiuitatis B. Mariæ Virginis.
21 S. Matthæi Apoſtoli, & Euãgeliſtæ.
29 Dedicationis ſancti Michaelis Archangeli.

Octobris.

4 S. Franciſci, ex deuotione vt ſupra.
18 Sancti Lucæ Euangeliſtæ, ex deuotione vt ſupra.
28 SS. Simonis, & Iudæ Apoſtolorum.

Nouembri.

1 Feſtum omnium Sanctorum.

Com-

Digitized by Google

2 Commemorationis omnium defun-ctorum, vſque ad Nonam.

11 S. Martini Epiſcopi, & Confeſſoris.

21 Præſentationis Beatæ Mariæ Virginis, ex deuotione vt ſupra.

25 S. Caterinæ Virginis, & Martyris, ex deuotione, vt ſupra.

30 Sancti Andreæ Apoſtoli.

Decembri.

8 Conceptionis B. Mariæ Virginis, ex deuotione.

13 S. Luciæ Virginis, & Martyris, ex deuotione.

21 S. Thomæ Apoſtoli.

25 Natiuitatis Domini noſtri IESV Chriſti.

26 S. Stephani Prothomartyris.

27 S. Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ.

Seruetur etiā in qualibet Parochia feſtum Patroni Eccleſiæ, etiam ſi in alijs non ſit de præcepto.

Vigiliæ ieiunandæ de præcepto Eccleſiæ.

Omnes dies Quadr. Dominicis exceptis.

Digitized by Google

Quatuor tempora, quæ occurrunt quater in Anno.
Vigilia Natiuitatis Domini noſtri IESV Chriſti.
Vigilia Pentecoſtes.
Vigilia Aſſumptionis B. Mariæ Virginis.
Vigilia omnium Sanctorum.
Vigiliæ Apoſtolorum, excepta Vigilia S. Ioannis, & SS. Iacobi, & Philippi.
Vigilia S. Ioannis Baptiſtæ.
Vigilia S. Laurentij Martyris.

De Blaſphematoribus.

AD tollendum execrabile hoc Blaſphemiæ ſcelus, quæ ad hæreſim proxime accedit, hortamur omnes Parochos, atque mandamus, vt in illis Eccleſijs, in quibus adhuc ſodalitas Nominis Dei erecta non eſt, per eos ad quos ex
æ inci. conſtitutione Pij V. ſpectat, quamprimum
ı pri- erigendam curent, atque indulgentias ab
m. eodem ſummo Pont. conceſſas prædictis ſodalitatibus frequenter promulgent.

Admomentes huiuſmodi deteſtabiles homines, qui ſanctum Dei nomen, Beatiſſimæ ſemper Virginis, necnon Sancto-

Digitized by Google

rum blaſphemauerint, abſque vlla perſonarum exceptione in eos ſeueriſſimè animaduerſum iri pænas ex Sacr. Canon. & Pij V. conſtit. illis infligendo.

De Concubinarijs.

COncubinarijs, ſi qui fuerint in hac noſtrà Iuriſdictione cuiuſcumque ſtatus, dignitatis, & conditionis exiſtant, ſi poſtquàm iuxta Sacr. Concil. Trident. Decretum à Nobis, ſeu Vicario noſtro Generali etiam ex ſuo officio admoniti, concubinas non eiecerint, ſeq. ab illarum conſuetudine non ſeiunxerint eos à Sacramentorum, ac fidelium communione arceri volumus, nec abſolutionis beneficium conſequi poſſe, donec re ipſa admonitioni factæ paruerint. Cõc. Tri. ſeſ. 24. c. 8

Si vero cenſuris neglectis in concubinatu per annum permanſerint, grauiſſimis pænis, prout nobis videbitur, punientur. § quod ſi.

Mulieres cuiuſcumque generis, quæ cum concubinarijs huiuſmodi miſerabilem vitam viuunt, ſi vt ſupra admonitæ non reſipuerint, contra eas procedemus § mulieres.

 ad

Digitized by Google

ad capturam, fuſtigationem, & alias pænas, & extra noſtram Farfenſis, & ſancti Saluatoris Maioris Iuriſdictionem eijcientur.

Congreg. Cõç. in vna Alex. in d. c. 8.

Contra quos concubinarios, & mulieres procedemus ad pænas ſupra contentas, etiã iſtis ſolemnitatibus non ſeruatis.

De vita, & honeſtate Clericorum.

QVam præclarum, honorificumque munus obtineant, qui in ſortem Domini vocati, & Saluatoris noſtri cooperatores, atque Miniſtri delecti ſunt, habitus ipſe, & inſignia, quæ gerunt Clerici, & ritus quibus initiati ſunt, ac cætera, quæ ad eorum ordinem pertinent, ſatis apertè declarant. Nihilominus, vt ea quæ à ſacris Concilijs, & ſummis Pontificibus de vita, & honeſtate eorum ſancita ſunt, à Clericis noſtræ iuriſdictionis non ignorentur, aut negligantur, infraſcripta ab omnibus obſeruanda hic in memoriam reuocare decreuimus, graui pæna tranſgreſſoribus propoſita.

Malac. 3.

Et quia (vt ſcriptum eſt) labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requi-

quirent de ore eius, Ideò ſacerdotes omnes infraſcriptos libros penes ſe habeant, illoſq. ſæpe tractare, ac verſare conentur. Teſtamentum vetus, & nouum Latinum editionis vulgatæ, Catechiſmum Romanum, Concilium Tridentinum, Compendium ſummæ Nauarri, aut aliam ſummam approbatam, necnon præſentis Synodi conſtitutiones. c. ſacer 37. diſt.

Cæteri vero præter ſupradictos, alios etiam ſibi comparabunt Codices, quos ad ſacramentorum adminiſtrãdõrum rationem pertinere iudicauerint.

Habitus Clericorum ſit decens, & honeſtus, nec nimium elegans, nec ſordidus, ſed talis qui ſtatui, & vocationi ipſorum reſpondeat. c. Clerici de vit. & honeſt. cleric.

Clerici cuiuſcumque ordinis duas talares veſtes geſtent, vel ſaltim tunicam vſque ad genua demiſſam, ſub altero indumento maioris longitudinis.

Presbyteri, Diaconi, ſubdiaconi, cæteriq. beneficia Eccleſiaſtica obtinentes coronam clericalem geſtent in capite, quæ appareat ad eam formã prout vniuſcuiuſque ordinis ratio poſtulat. d. c. clerici

Habeant Presbyteri barbam ita in ſuperio-

Digitized by Google

periori labro præciſam, vt pili in Miſſæ ſacrificio ſumptionem corporis, ac ſanguinis Domini non impediant, reliquam vero partem modeſtè, ac religiosè compoſitam.

Sacerdotibus, vt etiam à criminis ſuſpicione abſint, cum mulieribus de quibus ſuſpicio haberi poſſit, cohabitare omnino interdicitur. Ancillaſq. habere illis ne ſit permiſſum, niſi ſint prouectæ ætatis, nec alioquin impudicè vixerint, & licentia prius à nobis, ſeu Vicario noſtro obtenta.

Cōc. Tri. ſeſſ. 25. c. 14.

c. quorumdā 37. diſt.

Ab illicita venatione, à fabulis, comædijs, choreis, cauponarum aditu, commeſſationibus, & ebrietatibus, à taxillorum, alearumq. luſu, tum publicè, tum priuatim ſe abſtineant, armaq. ſiue offenſiua, ſiue defenſiua ne deferant.

c. cler. & c. cū decorē de vit. & hon. cler.

Clerici omnes Mercaturis, & alijs quibuſuis negociationibus illicitis nullo modo dent operam, vectigalia non exigant, nec affictus, quos vocant, vllo modo conducant, cauſam coram prophano Iudice ne dicant, ſine licentia gratis concedenda à Generali noſtro Vicario, nevè crimina, ſeu querelas etiam citra pænam ſan-

c. peruenit diſt. 86. c. 1. 2. & 3. 21. q. 3.

Digitized by Google

ſanguinis, vel teſtimonium deferant ſæculari Iudici.

Ad conſilia publica quarumuis vniuerſitatum ne accedant, nec eorum publica negocia gerant.

Sacerdotes vocati à laicis ad celebrandas Miſſas, & alia diuina officia ne audeant in conuiuio aliquid petere ab eis, ſed tantum ijs, quæ illis apponuntur, ſint contenti, prohibemusq. laicos (benefactore excepto) in eodem conuiuio cum dictis Sacerdotibus, & Clericis veſci, ſub excommunicationis pæna.

Et vt non ſolum externum decorum profiteantur, ſed etiam interioris hominis munditiam ſecum adiunctam habeant, Presbyteri teneantur ſingulis ſaltem Dominicis, & feſtis Miſſam celebrare. Curati vero ter in hebdomada, & præterea toties, quoties pro Populorum, quibus præſunt ſalute ac deuotione opus fuerit. Clerici ſingulis menſibus Sacroſanctum Christi Corpus, quam maxima pietate ac deuotione, ſumant; In cæteris vero ita ſe gerant, vt muneris, ac ſtatus Eccleſiaſtici grauitatem, ac ſanctitatem in omni re præſeferant.

Digitized by Google

De officio Parochi.

PRæter ea, quæ ſupra tum Clericis, tum Sacerdotibus communia deſcripſimus, viſum eſt alia nonnulla potiſſimũ Archipresbyreris, & Curatis, qui ſicuti alijs præſtant dignitate, ſic partes eorum ſunt, plus alijs cernere, & plus alijs elaborare, diligenter obſeruanda proponere.

Studeant in primis Parochi, vt vitæ ſint irreprehenſibilis, nevè vllam ſuis ſubditis offenſionem præbeant, memores illius dicti: Peccatum illius, qui aliorum curæ præfectus eſt, pernicioſiſſimum eſſe.

S. Greg. Nazian. in Apolog S. Chryſ. lib. 6. poſt med. de ſacer.

Deinde diligenter curabunt ſtatum, quem vocant, animarum, conficere omnium familiarum, ac perſonarum ſuæ Parochiæ, numerum, & qualitatem deſcribendo in libro ad hoc deſignato; Ac præterea alios quatuor libros habeant, Baptizatorum ſcilicet, Confirmatorum, Matrimoniorum, & Mortuorum, in quibus deſcribantur baptizandi, confirmandi, contrahentes matrimonia, & mortuorum nomina iuxta formam in præſenti Synodo à nobis deſcriptam.

Digitized by Google

Singulis diebus Dominicis inter Miſ-ſarum ſolemnia Parochi dies feſtos fideliter annuncient, Populiſq. ſuę fidei commiſſis de ijs, quæ ad ſalutem ipſorum pertinent, verba faciant, & ea, qua decet pietate, eos commoneant. Cōc.Trid. ſeſſ.25. c. 2.

Antequàm Miſſam inchoent, aquam ſale Commiſtam benedicendo renouent, ac de more populum aſpergant.

Dum diuina celebrantur, pauperes per Eccleſiam mendicare non ſinant, & nemo per eamdem deambulare, vel arma vetita introferre audeat. Pius v.cōſtit.q inci. cū primū.

Prædia, ac ſuarum Eccleſiarum bona vtiliter conſeruent, Arbores quæ cæduæ non ſunt, ſine licentia noſtra, ſeu Vicarij noſtri Generalis in totum non incidant, ſub pænis in bannimentis alias editis contentis, ita tamen iura ſua defendant, & tueantur, vt nullam cupiditatis, aut auaritiæ ſuſpicionem præbeant.

Pauperes, & ægrotos ſuæ Parochiæ viſitent, eoſque non ſolum verbis, verum etiam ope, ac eleemoſina ſubleuare conentur.

In adminiſtrandis ſacramentis caueant Parochi, ne aliquam negligentiam com-

mit-

mittant, & in omnibus, quæ ad officium ſuum pertinent, non commendationem, non plauſum, non temporalia commoda quærant, ſed Populorum ſuæ fidei, ac cuſtodiæ commendatorum ſalutem, atque emendationem; eoſque vltro pietate iuuare, & officijs, ac virtutibus imbuendos curent.

Denique Parochi, & Eccleſiarum Rectores infraſcripta ſuis Populis denunciare non prætermittant.

Dominica prima Aduentus, & prima Quadrageſimæ.

Decretum Concilij Trid. Seſſ. 22. de Refor. contra occupatores rerum Eccleſiarum.

Die prima Ianuarij.

Decretum Leonis X. contra Blaſphemos, & Pij V. contra eoſdem.

In die Epiphaniæ.

Feſta mobilia totius Anni, & diem ſtatutam

Digitized by Google

tam pro habenda Synodo.

Dominica Septuageſimæ, & Dominica in Albis.

Decretum Conc. Trid. Seſſ. 24. cap. 1. de Refor. Matr. contra eos, qui clandeſtina Matrimonia attentauerint.

Dominica Sexageſimæ.

Decretum Conc. Trid. Seſſ. 25. cap. 21. contra eos, qui decimas non ſoluunt.

Dominica prima Quadrageſimæ.

Bullam in Cæna Domini, & caſus nobis reſeruatos.

Dominica ante Rogationes.

Conſtitutionem præſentis Synodi contra exercentes opera ſeruilia in diebus feſtis.

De *Reſidentia*.

CVm certiſſimum ſit non admitti Paſtoris excuſationem, ſi lupus oues deuo- Cōc. Tri. c. 1. ſeſ. de R

Dies feſti in Iuriſdictione noſtra obſeruandi.

OMnes Dominicæ dies.
Paſcha Reſurrectionis cum duobus ſequentibus diebus.
Aſcenſio Domini.
Pentecoſtes cum duobus ſequentibus diebus.
Corpus Chriſti.

Menſe Ianuario.

1 Circumciſio Domini.
6 Epiphania Domini.
17 Santi Antonij Abbatis pro deuotione cuiuſq. loci.
20 Sanctorum Fabiani, & Sebaſtiani Martyris, ex deuotione, vt ſupra.

Februario.

2 Purificationis B. Mariæ Virginis.
3 Sancti-Blaſij Martyris, ex deuotione, vt ſupra.
24 Sancti Matthiæ Apoſtoli.

Mar-

Digitized by Google

Martio.

21 Sanĉti Benediĉti Abbatis, ex deuotione, vt ſupra.
25 Annunciationis B. Mariæ Virginis.

Aprili.

25 Sanĉti Marci Euangeliſtæ.

Maio.

1 Sanĉtorum Philippi, & Iacobi Apoſtolorum.
2 Inuentionis ſanĉtæ Crucis.

Iunio.

24 Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ.
29 Sanĉtorum Petri, & Pauli Apoſtolorum.

Iulio.

2 Viſitationis B. Mariæ Virginis, ex deuotione, vt ſupra.
25 Sanĉti Iacobi Apoſtoli.

Digitized by Google

Auguſti.

4 S. Dominici, ex deuotione vt ſupra.
5 Dedicationis S. Mariæ ad Niues, ex deuotione vt ſupra.
10 S. Laurentij Martyris.
15 Aſſumptionis B. Mariæ Virginis.
24 S. Bartholomæi Apoſtoli.

Septembri.

8 Natiuitatis B. Mariæ Virginis.
21 S. Matthæi Apoſtoli, & Euãgeliſtæ.
29 Dedicationis ſancti Michaelis Archangeli.

Octobris.

4 S. Franciſci, ex deuotione vt ſupra.
18 Sancti Lucæ Euangeliſtæ, ex deuotione vt ſupra.
28 SS. Simonis, & Iudæ Apoſtolorum.

Nouembri.

1 Feſtum omnium Sanctorum.

Com-

Digitized by Google

2 Commemorationis omnium defunctorum, vſque ad Nonam.
11 S. Martini Epiſcopi, & Confeſſoris.
21 Præſentationis Beatæ Mariæ Virginis, ex deuotione vt ſupra.
25 S. Caterinæ Virginis, & Martyris, ex deuotione, vt ſupra.
30 Sancti Andreæ Apoſtoli.

Decembri.

8 Conceptionis B. Mariæ Virginis, ex deuotione.
13 S. Luciæ Virginis, & Martyris, ex deuotione.
21 S. Thomæ Apoſtoli.
25 Natiuitatis Domini noſtri IESV Chriſti.
26 S. Stephani Prothomartyris.
27 S. Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ.

Seruetur etiã in qualibet Parochia feſtum Patroni Eccleſiæ, etiam ſi in alijs non ſit de præcepto.

Vigiliæ ieiunandæ de præcepto Eccleſiæ.

Omnes dies Quadr. Dominicis exceptis.

E... Qua-

Digitized by Google

Quatuor tempora, quæ occurrunt quater in Anno.
Vigilia Natiuitatis Domini noſtri IESV Chriſti.
Vigilia Pentecoſtes.
Vigilia Aſſumptionis B. Mariæ Virginis.
Vigilia omnium Sanctorum.
Vigiliæ Apoſtolorum, excepta Vigilia S. Ioannis, & SS. Iacobi, & Philippi.
Vigilia S. Ioannis Baptiſtæ.
Vigilia S. Laurentij Martyris.

De Blaſphematoribus.

AD tollendum execrabile hoc Blaſphemiæ ſcelus, quæ ad hæreſim proxime accedit, hortamur omnes Parochos, atque mandamus, vt in illis Eccleſijs, in quibus adhuc ſodalitas Nominis Dei erecta non eſt, per eos ad quos ex
inci. pri. conſtitutione Pij V. ſpectat, quamprimum erigendam curent, atque indulgentias ab eodem ſummo Pont. conceſſas prædictis ſodalitatibus frequenter promulgent.

Admomentes huiuſmodi deteſtabiles homines, qui ſanctum Dei nomen, Beatiſſimæ ſemper Virginis, necnon Sancto-

rum blaſphemauerint, abſque vlla perſonarum exceptione in eos ſeueriſſimè animaduerſum iri pænas ex Sacr. Canon. & Pij V. conſtit. illis infligendo.

De Concubinarijs.

COncubinarijs, ſi qui fuerint in hac noſtrà Iuriſdictione cuiuſcumque ſtatus, dignitatis, & conditionis exiſtant, ſi poſtquàm iuxta Sacr. Concil. Trident. Decretum à Nobis, ſeu Vicario noſtro Generali etiam ex ſuo officio admoniti, concubinas non eiecerint, ſeq. ab illarum conſuetudine non ſeiunxerint eos à Sacramentorum, ac fidelium communione arceri volumus, nec abſolutionis beneficium conſequi poſſe, donec re ipſa admonitioni factæ paruerint. Cõc. Tri. ſeſ. 24. c. 8

Si vero cenſuris neglectis in concubinatu per annum permanſerint, grauiſſimis pænis, prout nobis videbitur, punientur. § quod ſi.

Mulieres cuiuſcumque generis, quæ cum concubinarijs huiuſmodi miſerabilem vitam viuunt, ſi vt ſupra admonitæ non reſipuerint, contra eas procedemus § mulieres.

Digitized by Google

ad capturam, fuſtigationem, & alias pænas, & extra noſtram Farfenſis, & ſancti Saluatoris Maioris Iuriſdictionem eijcientur.

Congreg. Cōc.in vna Alex.in d. c.8. Contra quos concubinarios, & mulieres procedemus ad pænas ſupra contentas, etiã iſtis ſolemnitatibus non ſeruatis.

De vita, & honeſtate Clericorum.

QVam præclarum, honorificumque munus obtineant, qui in ſortem Domini vocati, & Saluatoris noſtri cooperatores, atque Miniſtri delecti ſunt, habitus ipſe, & inſignia, quæ gerunt Clerici, & ritus quibus initiati ſunt, ac cætera, quæ ad eorum ordinem pertinent, ſatis apertè declarant. Nihilominus, vt ea quæ à ſacris Concilijs, & ſummis Pontificibus de vita, & honeſtate eorum ſancita ſunt, à Clericis noſtræ iuriſdictionis non ignorentur, aut negligantur, infraſcripta ab omnibus obſeruanda hic in memoriam reuocare decreuimus, graui pæna tranſgreſſoribus propoſita.

Malac. 3. Et quia (vt ſcriptum eſt) labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requi-

Digitized by Google

quirent de ore eius, Ideò ſacerdotes omnes infraſcriptos libros penes ſe habeant, illoſq. ſæpe tractare, ac verſare conentur. Teſtamentum vetus, & nouum Latinum editionis vulgatæ, Catechiſmum Romanum, Concilium Tridentinum, Compendium ſummæ Nauarri, aut aliam ſummam approbatam, necnon præſentis Synodi conſtitutiones. c. ſacer 37. diſt.

Cæteri vero præter ſupradictos, alios etiam ſibi comparabunt Codices, quos ad ſacramentorum adminiſtrãdõrum rationem pertinere iudicauerint.

Habitus Clericorum ſit decens, & honeſtus, nec nimium elegans, nec ſordidus, ſed talis qui ſtatui, & vocationi ipſorum reſpondeat. c. Clerici de vit. & honeſt. cleric.

Clerici cuiuſcumque ordinis duas talares veſtes geſtent, vel ſaltim tunicam vſque ad genua demiſſam, ſub altero indumento maioris longitudinis.

Presbyteri, Diaconi, ſubdiaconi, cæteriq. beneficia Eccleſiaſtica obtinentes coronam clericalem geſtent in capite, quæ appareat ad eam formã prout vniuſcuiuſque ordinis ratio poſtulat. d. c. clerici

Habeant Presbyteri barbam ita in ſuperio-

Digitized by Google

periori labro præciſam, vt pili in Miſſæ ſacrificio ſumptionem corporis, ac ſanguinis Domini non impediant, reliquam vero partem modeſtè, ac religioſè compoſitam.

Sacerdotibus, vt etiam à criminis ſuſpicione abſint, cum mulieribus de quibus ſuſpicio haberi poſſit, cohabitare omnino interdicitur. Ancillaſq. habere illis ne ſit permiſſum, niſi ſint prouectæ ætatis, nec alioquin impudicè vixerint, & licentia prius à nobis, ſeu Vicario noſtro obtenta.

Cõc. Tri. ſeſſ. 25. c. 14.

c. quorumdã 37. diſt.

Ab illicita venatione, à fabulis, comædijs, choreis, cauponarum aditu, commeſſationibus, & ebrietatibus, à taxillorum, alearumq. luſu, tum publicè, tum priuatim ſe abſtineant, armaq. ſiue offenſiua, ſiue defenſiua ne deferant.

c. cler. & c. cũ decoré de vit. & hon. cler.

Clerici omnes Mercaturis, & alijs quibuſuis negociationibus illicitis nullo modo dent operam, vectigalia non exigant, nec affictus, quos vocant, vllo modo conducant, cauſam coram prophano Iudice ne dicant, ſine licentia gratis concedenda à Generali noſtro Vicario, nevè crimina, ſeu querelas etiam citra pænam

c. peruenit diſt. 86. c. 1. 2. & 3. 21. q. 3.

ſan-

ſanguinis, vel teſtimonium deferant ſæculari Iudici.

Ad conſilia publica quarumuis vniuerſitatum ne accedant, nec eorum publica negocia gerant.

Sacerdotes vocati à laicis ad celebrandas Miſſas, & alia diuina officia ne audeant in conuiuio aliquid petere ab eis, ſed tantum ijs, quæ illis apponuntur, ſint contenti, prohibemusq. laicos (benefactore excepto) in eodem conuiuio cum dictis Sacerdotibus, & Clericis veſci, ſub excommunicationis pæna.

Et vt non ſolum externum decorum profiteantur, ſed etiam interioris hominis munditiam ſecum adiunctam habeant, Presbyteri teneantur ſingulis ſaltem Dominicis, & feſtis Miſſam celebrare. Curati vero ter in hebdomada, & præterea toties, quoties pro Populorum, quibus præſunt ſalute ac deuotione opus fuerit. Clerici ſingulis menſibus Sacroſanctum Chriſti Corpus, quam maxima pietate ac deuotione, ſumant; In cæteris vero ita ſe gerant, vt muneris, ac ſtatus Eccleſiaſtici grauitatem, ac ſanctitatem in omni re præſeferant.

Digitized by Google

De officio Parochi.

PRæter ea, quæ ſupra tum Clericis, tum Sacerdotibus communia deſcripſimus, viſum eſt alia nonnulla potiſſimũ Archipresbyreris, & Curatis, qui ſicuti alijs præſtant dignitate, ſic partes eorum ſunt, plus alijs cernere, & plus alijs elaborare, diligenter obſeruanda proponere.

Studeant in primis Parochi, vt vitæ ſint irreprehenſibilis, nevè vllam ſuis ſubditis offenſionem præbeant, memores illius dicti: Peccatum illius, qui aliorum curæ præfectus eſt, perniciosiſſimum eſſe.

S. Greg. Nazian. in Apolog S. Chryſ. lib. 6. poſt med. de ſacer.

Deinde diligenter curabunt ſtatum, quem vocant, animarum, conficere omnium familiarum, ac perſonarum ſuæ Parochiæ, numerum, & qualitatem deſcribendo in libro ad hoc deſignato; Ac præterea alios quatuor libros habeant, Baptizatorum ſcilicet, Confirmatorum, Matrimoniorum, & Mortuorum, in quibus deſcribantur baptizandi, confirmandi, contrahentes matrimonia, & mortuorum nomina iuxta formam in præſenti Synodo à nobis deſcriptam.

Digitized by Google

Singulis diebus Dominicis inter Miſſarum ſolemnia Parochi dies feſtos fideliter annuncient, Populiſq. ſuę fidei commiſſis de ijs, quæ ad ſalutem ipſorum pertinent, verba faciant, & ea, qua decet pietate, eos commoneant. Cōc.Trid. ſeſſ.25. c. 2.

Antequàm Miſſam inchoent, aquam ſale Commiſtam benedicendo renouent, ac de more populum aſpergant.

Dum diuina celebrantur, pauperes per Eccleſiam mendicare non ſinant, & nemo per eamdem deambulare, vel arma vetita introferre audeat. Pius v.cōſtit.q̄ inci. cū primū.

Prædia, ac ſuarum Eccleſiarum bona vtiliter conſeruent, Arbores quæ cæduæ non ſunt, ſine licentia noſtra, ſeu Vicarij noſtri Generalis in totum non incidant, ſub pænis in bannimentis alias editis contentis, ita tamen iura ſua defendant, & tueantur, vt nullam cupiditatis, aut auaritiæ ſuſpicionem præbeant.

Pauperes, & ægrotos ſuæ Parochiæ viſitent, eoſque non ſolum verbis, verum etiam ope, ac eleemoſina ſubleuare conentur.

In adminiſtrandis ſacramentis caueant Parochi, ne aliquam negligentiam commit-

mit-

Digitized by Google

mittant, & in omnibus, quæ ad officium ſuum pertinent, non commendationem, non plauſum, non temporalia commoda quærant, ſed Populorum ſuæ fidei, ac cuſtodiæ commendatorum ſalutem, atque emendationem; eoſque vltro pietate iuuare, & officijs, ac virtutibus imbuendos curent.

Denique Parochi, & Eccleſiarum Rectores infraſcripta ſuis Populis denunciare non prætermittant.

Dominica prima Aduentus, & prima Quadrageſimæ.

Decretum Concilij Trid. Seſſ. 22. de Refor. contra occupatores rerum Eccleſiarum.

Die prima Ianuarij.

Decretum Leonis X. contra Blaſphemos, & Pij V. contra eoſdem.

In die Epiphaniæ.

Feſta mobilia totius Anni, & diem ſtatutam

Digitized by Google

tam pro habenda Synodo.

Dominica Septuageſimæ, & Dominica in Albis.

Decretum Conc. Trid. Seſſ. 24. cap. 1. de Refor. Matr. contra eos, qui clandeſtina Matrimonia attentauerint.

Dominica Sexageſimæ.

Decretum Conc. Trid. Seſſ. 25. cap. 21. contra eos, qui decimas non ſoluunt.

Dominica prima Quadrageſimæ.

Bullam in Cæna Domini, & caſus nobis reſeruatos.

Dominica ante Rogationes.

Conſtitutionem præſentis Synodi contra exercentes opera ſeruilia in diebus feſtis.

De Reſidentia.

CVm certiſſimum ſit non admitti Paſtoris excuſationem, ſi lupus oues deuo- Cõc. Tri. c. 1. ſeſ. 2 de R

Digitized by Google

deuorat, & Paſtor neſcit, mandamus omnibus, quibus animarum cura demandata eſt, vt proprias oues agnoſcant, & perſeipſos paſcant, & quamprimum ad ſuam reſidentiam ſe conferant, nec à Parochia vlla de cauſa diſcedant pernoctaturi ſine licentia Vicarij foranei illius loci; ſi per duos dies, vel tres ad ſummum abeſſe contigerit: Si vero per plures, nonniſi licentia in ſcriptis à nobis, ſeu Vicario noſtro generali obtenta, & relicto prius in Parochiali ſubſtituto à prædicto Vicario approbando cum debita mercedis aſſignatione. Quod ſi ſupradictis parere neglexerint; ſciant, non ſolum mortali ſe irretitos peccato, & pro rata temporis fructus ſuos non facere, verum etiam à nobis grauiter puniendos, pecuniarijs pœnis, & alijs arbitrio noſtro.

De cleric. nō reſid. p totum. Cōc. Tri. ſeſ. 6. & 23. c. 1. de Reſ.

d. c. 1. §. ſi quis autē.

Idem ſtatuimus de Canonicis, & alijs habentibus beneficia, ſeu Prębendas perſonalem reſidentiam requirentia, qui teneantur ea omnia, quæ à ſacr. Conc. Trid. de Reſidentia ſancita ſunt, inuiolabiliter obſeruare.

Google

De Vicarijs foraneis, & eorum officio.

VT Abbatiarum noſtrarum B. Mariæ Farfenſis, & S. Saluatoris Maioris inſigni Iuriſdictioni, cui in multis, ac diuerſis Diæceſibus, plura, ac diuerſa beneficia curata, atque ſimplicia, necnon Monachorum, ac Monialium Monaſteria, aliaq. membra à prædictis Abbatijs dependentia nobiſq. vtroque iure ſubiecta exiſtunt, in omnibus paternè prouideremus, iam in Diæceſi Spoletana, Aſſiſienſe, Reatina, Aſculana, Aprutina, Marſicana, Aquilana, Firmana, Montis Alti, Præſidatuſq. Marchiæ Vicarios deputauimus cum ea facultate, quam pro vniuſcuiuſque officij ſui adminiſtratione, neceſſariam eſſè duximus. Quibus Vicarijs, & alijs poſthac deputandis tamquam à nobis delegatis omnes Presbyteri, Clerici, Monachi, atque Moniales nobis, vt ſupra ſubiecti in dictis locis exiſtẽtes omnem obedientiam, ac reuerentiam præſtare teneantur.

Curabunt itaque diligenter in primis Vicarij prædicti, vnuſquiſque in ſua Diœ-

Digitized by Google

ceſi prout eorum poſtulat officium, vt hæ noſtræ Synodales Conſtitutiones, necnon Viſitationes per noſtrum Vicarium, ac Viſitatorem Generalem factæ, ac faciendæ ſeruentur ab omnibus, ac debitæ exequutioni mandentur.

Occurrente vero in dictis locis vacatione alicuius Eccleſiæ noſtrę Iuriſdictioni ſubiectæ per mortem Rectoris, quam primum id nobis, ſeu Vicario noſtro notum faciant, vt ſeruatis ijs, quæ ex ſacrorum Canonum, ſacriq. Conc. Trid. Decretis ſeruanda ſunt, iuxta facultates nobis à S. D. N. & à Iure conceſſas alio idoneo Clerico, ſeu Presbytero illam conferre poſſimus.

Si quis ex ſupradictis Clericis nobis vt ſupra ſubiectis vllo modo deliquerit de commiſſis, ſeu omiſſis, Vicarius illius loci cognoſcat, & ad nos quamprimum informationem tranſmittat, & ſi caſus grauis fuerit, & timeatur de fuga, curet aut carceribus, aut idonea cautione aſſecurare ſe de perſona illius delinquentis.

Circa Monachos, & Moniales, illorumq. Monaſteria ea obſeruent, quæ inferius in hac pręſenti Synodo de eis mandata

data reperiuntur.

Poſtremo totis viribus, atque omni vigilantia Eccleſias prædictas, illarumque bona, ac iura fidei ipſorum commiſſa defendant, & hanc noſtram, Monaſteriumq. Beatæ Mariæ Farfenſis, & S. Saluatoris Maioris iuriſdictionem prædictis in locis illæſam, atque imminutam conſeruari ſtudeant.

De *Monachis*.

IN Monaſterijs Monachorum Ordinis S. Benedicti ab Abbatia Farfenſi, & S. Saluatoris Maioris dependentibus nullius Congregationis, ſed nobis immediatè ſubiectis, & quibus animarum cura annexa reperitur, ea omnia, quæ in præſenti Synodo ad dictam curam ſpectantia conſtituta fuere, inuiolabiliter obſeruari mandamus ab ijs ad quos ſpectat, ſub pænis in decretis contentis, & alijs arbitrio noſtro.

Quoties erit deputanda perſona ad dictam curam exercendam, illa tantum quę à nobis, ſeu Vicario noſtro Generali no-

Digitized by Google

minata, & ab Ordinario loci approbata, fuerit, admittatur.

Priores eidem Monaſterio vltra trien. nium præeſſe nolumus; niſi aliter à nobis decretum fuerit.

Nulli ex ſupradictis Monachis, etiam prætextu ad nos accedendi, à ſuo Conuentu recedere liceat, niſi obtenta prius à nobis, ſeu Vicario noſtro in ſcriptis licentia, ſub pæna excommunicationis, & alijs, &c.

In reliquis ſeruentur dictorum Monaſteriorum Conſtitutiones, & Viſitationes factæ tum à noſtro Generali Viſitatore, tum ab alijs Illuſtriſſ. D. Cardinalis Farneſij prædeceſſoris noſtri.

De Monialibus, eorumque Monaſterijs.

QVoniam à prędicto noſtro Generali Viſitatore in Viſitatione facta, de Monialibus, eorumq. Monaſterijs eiuſdem Ordinis S. Benedicti à prædictis Abbatijs dependentibus, nobiſq. ſubiectis, in quatuor infraſcriptis Diæceſibus ſcilicet Spoletana, Aquilana, Firmana, & Aſſiſien. exiſtentibus multa,

circa

Digitized by Google

circa earum regulam, perſonas, clauſuram, & bona non minus rectè, quam vtiliter conſtituta fuerunt; Præcipimus atque mandamus Vicarijs, quibus dictorũ Monaſteriorum cura à nobis credita eſt, vt quatenus dictarum Viſitationum decreta adhuc executioni minimè fuerint mandata, quamprimum exequi, atque ſeruari curent, Et quæ inferius iuxta ſac. Conc. Trid. decreta, & ſummorum Pontificum Conſtitutiones annotata ſunt, in dictarum Monialium Monaſterijs obſeruent, ac obſeruari faciant.

Curent in primis vt in electione Abbatiſſarum ea ſeruentur, quæ à Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. de Regul. ſancita fuerunt. Animaduertentes Abbatiſſam Triennalem fieri debere iuxta Conſtit. Gregorij XIII. expoſcit num. 84.

Moniales quæ profeſſionem expreſsè non emiſerint, actiuæ, & paſſiuæ vocis beneficio careant.

Nulla Puella admittatur ad habitum vltra numerum per viſitatorem noſtrũ in quolibet Monaſterio conſtitutum ſcilicet. Pius V. c ſtit. q in circa p ſtoralis

In Monaſterio ſanctæ Mariæ de Agriano de Fontecchino Aquilanæ Diæceſis

Digitized by Google

triginta tres Monialium, & trium famularum, ſeu ſeruarum.

In Monaſterio ſanctæ Caterinæ in Terra ſanctæ Victoriæ Præſidatus Marchiæ Firmanæ Diæceſis viginti Monialium, & duarum famularum.

In Monaſterio ſanctorũ Iacobi, & Donati intra ciuitatem Aſſiſij viginti ſex Monialium, & trium famularum.

In Monaſterio B. Margaritæ in Terra Caſſiæ Spoletanæ Dięceſis tredecim Monialium, & duarum famularum.

Quem numerum nos quatenus opus ſit confirmamus, & vltra eum, vt dictum eſt, nulla puella recipiatur, niſi duplicata dote, & tunc de expreſſa licentia ſacræ Congregationis.

Illæ autem, quæ in ſanctimonialium numerum recipiendæ erunt, ætatem, & qualitates à ſacr. Trid. Synodo præſcriptas habere volumus, atque vt examinari debeant à Vicario, cuius fidei cura illius Monaſterij commiſſa eſt, & vt diligenter exploretur eius voluntas, an ſcilicet errore ducta, aut vi, vel metu coacta habitum ſuſcipiat, & an ſciat, quid agat, & à maiori parte Monialium recipi debeat.

. Tri. eſ. 25 . & 17. egul.

Sed

Sed antequam Puella in Monaſterio ad habitum recipiatur, Vicárij cura ſit vt dos, ſeu eleemoſina iuxta Monaſterij illius conſuetudinem per parentes, ſeu cõſanguineos illius in pecunia numerata, vel in bonis ſtabilibus conſtituatur, quæ nec diſtrahatur, nec alienetur, aut à Monialibus recipiatur, ſed penes idoneam perſonam deponatur, vt cum Puella profeſſionem emiſerit, Monaſterio conſignetur ſub pęnis in ſacr. Conc. Trid. contentis & alijs arbitrio noſtro. Cõc. Trid. d. ſeſ. 25. c. 16.

Abbatiſſæ teneantur iuxta dicti Conc. Trid. decretum elapſo integro, qui datur probationis anno, ante menſem præfiniti temporis Vicarium prædictum certiorem facere de profeſſione emittenda à Virginibus, quæ regularem habitum illius Monaſterij ſuſceperunt; quod ſi ſecus fecerint, arbitrio noſtro ab officio ſint ſuſpẽſę. d. ſeſſ. 25. c. 17.

In dicta Monaſteria puellæ educationis gratia non recipiantur abſque licentia ſacræ Congregationis, & quæ conditiones à prædicta ſacr. Congregatione requiſitas nõ habeant, & niſi prius à maiori Monialium parte cõſenſum obtinuerint, & realiter fuerit ſolutum quicquid

Digitized by Google

pro illarum expenſis, & victus ratione conuentum fuerit in pecunia numerata, ſiue in victualibus Abbatiſſis conſignandum.

Nulla vero ad dictam profeſſionem admittatur, quæ decimum ſextum annum non compleuerit, nec minori tempore, quàm per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione perſtiterit.

d. ſeſſ. 25. c. 15.

Reliqua vero circa eorumdem Monaſteriorum bona, illorumq. reddituum adminiſtrationem charitati, ac diligentiæ Vicariorum, qui prædictorum Monaſteriorum curam gerunt, plurimum commendamus.

Et vt clauſtralis clauſura iuxta ſacr. Canon. ſummorumq. Pont. Conſtitutiones & ſacros. Concil. decreta ab omnibus inuiolabiliter obſeruetur, mandamus, vt nemini liceat cuiuſuis ſtatus, gradus, condicionis exiſtat, ſine expreſſa licentia à nobis, ſeu Vicario illius loci in ſcriptis gratis concedenda ad Monaſteria prædicta accedere, & ſanctimoniales alloqui, & tunc id fiat in communi parlatorio, & ad Monaſterij crates, & non ad ipſius Ianuam ſub excommunicationis pæna.

Regu-

Digitized by Google

Regulares vero ad dicta Monaſteria accedere minimè poſſint, niſi de licentia ſacr. Congregationis Regularium, à qua ſub grauiſſimis pęnis huiuſmodi acceſſus illis interdictus eſt.

Nullus Phyſicus, Chirurgus, Confeſſarius, Capellanus etiam ad ſacramenta adminiſtranda, Mulio, Carpentarius, & cuiuſuis generis faber, aut quiuis alius audeat ſub quouis prętextu, ſeu colore, vel cauſa Monaſteria ingredi abſque licentia in ſcriptis vt ſupra obtinenda, ſub excommunicationis pæna ſummo Pontifici reſeruata: & Vicarius ipſe nonniſi ex vrgentiſſima, & neceſſaria cauſa intra Monaſterij ſeptà ſe recipiat, niſi velit incurrere in pœnas contentas in Conſtit: Gregorij XIII. quæ incipit, vbi gratia. d.ſeſſ.25. c. 6.

Poſtremo volumus omnino, vt Monialibus prædictis vltra Ordinarium Confeſſarium ſemel, vel bis minimum in Anno alius per Vicarium extraordinarius detur, etiam ſi Moniales illum non poſtulent, qui omnium confeſſiones audire teneatur. d.ſeſſ.25. c.10.

De

De Eremitis.

ADuerſus quorumdam hominum callidam, ac periculoſam vitam, qui ſub ſolitariorum, & Eremitarum nomine tanquam locuſtæ ſine Rege maximo cum ſcandalo in hac noſtra Farfenſi Abbatia huc, & illuc vagantur, & raro in vno eodemq. loco permanent, & commorantur, ſedulo prouidendum eſt.

Ideo volumus atque mandamus, vt nullus ſiue laicus, ſiue clericus habitum Eremiticum aſſumere, ac geſtare poſſit, niſi de noſtra expreſſa licentia ſeu Vicarij noſtri Generalis, & nemini liceat cum dicto habitu ſiue in Cellis, ſeu Eremitorijs Montis ſancti Martini de Fara, ſiue in alijs Eccleſijs, Oratorijs, domibus, ſeu locis huius noſtræ iuriſdictionis inhabitare, aut permanere, antequam fuerit diligenter examinatus de vita, moribus, conuerſatione, ac patria illius per noſtrum Generalem Vicarium, & ab eo impetrata licentia in ſcriptis commorandi in hac noſtra iuriſdictione in certo loco ei aſſignando

ſub

ſub carcerationis pæna, & alijs quæ nobis videbuntur.

Sine qua licentia nullus Archipresbyter, ſiue Curatus in ſuam Parochiam dictos Eremitas ſub quouis prætextu recipiat, nec in habitare, ſeu queſtum facere ſinat ſub pœna ſcutorum vigintiquinque locis pijs applicandorum.

De examinatoribus Synodalibus.

QVia ex ſacr. Conc. Trid. Decreto tenemur in hac præſenti Synodo nominare, ac deputare examinatores Synodales pro examinandis ijs, qui ad obtinendas Parochiales Eccleſias accedunt; ideo nos hoc decretum exequi cupientes proponimus vobis examinatores ex Abbatia Farfenſi. ſeſſ. 24. c. 18.

R. D. Iacobum Guadagnum Archipreſbyterum Voconiani I.V.D.

R. D. Alexandrum Emilianum Archipresbyterum Faræ I.V.D.

R. D. Camillum Soldatum Clericum Farfenſem I. V. D.

R. D. Albanium Gentilem Archipresbyterum Podij Mirteti.

Digitized by Google

R. D. Britium Gentilem Archipresbyterum Saliſani.

R. D. Balthaſſarem Fælicium Archipreſbyterum Toſſiæ.

Ex Abbatia ſancti Saluatoris Maioris.

R. D. Benedictum Valẽtinum Rectorem Eccleſiæ S. Martini I.V.D.

R. D. Antonium Sanctium Propriorem Monaſterij S. Saluatoris Maioris.

R. D. Benedictum Clarium Archipreſbyterum longoni.

R. D. Propertium Blancum Archipreſbyterum Valliſcupulæ.

Qui omnes à Synodo approbati in manibus Vicarij noſtri Generalis Synodum hanc de mandato noſtro celebrantis iurauerunt, vt infra.

Ego N. Synodalis examinator ab Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo D.Cardinali Commendatario nominatus, & à Synodo approbatus promitto, ſpondeo, & iuro, quod omni, ſpe, metu, præmio, & humana affectione remotis munus meum ritè, & rectè adimplebo, ſic me Deus adiu-

Digitized by Google

adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

Qui examinatores Synodales in ſuo officio hæc, quæ ſequuntur ex Decreto dicti Conc. Trid. obſeruare meminerint.

Antequam examen aggrediantur pręmittant ſemper hymnum, Veni Creator: cum Oratione: Deus qui corda fidelium.

Nihil dono ab examinandis accipiant, nec ante, nec poſt examen, quamuis illud minimum eſſet, ne in ſimoniæ labem tum ipſi, tum examinandi incidant.

Nullus examinator audeat examinandos docere ea, de quibus ſcit, vel putat fore interrogandos, neque illos cæteris examinatoribus verbis, aut nutibus commendare. Quod ſi in prædictis negligenter, aut malè ſe vllo modo geſſerint, ſciant ſe Deo in primis culpæ in eo munere admiſſæ exactam rationem reddituros.

De Iudicibus in Synodo deputandis.

EX eiuſdem ſacr. Conc. Decreto debemus etiam deputare Iudices, quibus cauſæ Apoſtolicæ ſunt delegandæ. Proponimus autem vobis, & nominamus Iudices. d.ſeſſ.25. c.10.

R.D.

Digitized by Google

R. D. Iacobum Guadagnum Archipreſbyterum Voconiani I.V.D.

R. D. Benedictum Valentinum I. V. D. Rectorem Eccleſiæ S. Martini.

R. D. Camillum Soldatum Clericum Farfen. I. V. D.

Quos tota Synodus approbauit. Horum autem Iudicium erit omnia ea ſeruare, quæ à Conc. Trid. pręcipiuntur in c. 10. ſeſſ. 25.

De *Teſtibus Synodalibus*.

AD euitandas pœnas propoſitas in Conc. Lateran. ab Innocent. III. ijs, qui teſtes in Synodo nullos nominarint, & vt tam ſalutare, ac probatum inſtitutum iã intermiſſum reſtituatur, huic muneri proponimus infraſcriptos, quorum officium erit diligenter animaduertere, an in hac noſtra Iuriſdictione, vel in Eccleſijs ipſi ſubiectis aliquid corrigendum, emendandumq. ſit, quod ſi cognouerit, ad nos, ſiue Vicarium noſtrum, quoties opus fuerit, fideliter referant, vt ſcientes ſpirituales neceſſitates, ac ægritudines facilius eis remedia præſtare poſſimus.

TE-

Digitized by Google

TESTES SYNODALES.

In Abbatia Farfenſi.

R. D. Bartholomæus Iannellus Archipresbyter Montiſopuli.

In Abbatia S. Saluatoris Maioris.

R. D. Benedictus Clarius Archipresbyter Longoni.

In Diæceſi Spoletana.

Adm. R. D. Conſtantius Sala Præpoſitus S. Angeli de Sabello.

In *Diæceſi Reatina.*

Adm. R. D. Alexander Coccapanis Prępoſitus S. Angeli de Reate.

In *Diæceſi Aquilana.*

Adm. R. D. Iulianus Oliua Archidiaconus Cathedralis Eccleſiæ Aquilanæ.

In

Digitized by Google

In Diæceſi Firmana.

Admod. R.D.Ioannes Baptiſta Vanninus Primicerius Cathedralis Montis Alti.

In Diæceſi Aſculana, & Aprutina.

Admod. R.D. Orianus Taſſus Præpoſitus S. Laurentij in Treſſino eiuſdem Diæceſis.

In Terra Roſcioli, & Diæceſi Marſicana.

R.D. Bernardinus Cianciarellus Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Roſciolo.

De præſentis Synodi Conſtitutionibus:

EA omnia quæ à nobis in hac Synodo acta, & decreta ſunt ab omnibus inuiolabiliter obſeruari mandamus poſt quindecim dies, à die quo fuerint impreſſa, ſub pænis in Conſtitutionibus contentis: & vbi pro illarum obſeruatione nulla

fuit

Digitized by Google

fuit apppoſita pæna, eo caſu contra tranſgreſſores, ac inobedientes pęnis à ſac. Canon. & ſummo Pont. Bullis impoſitis, & alijs arbitrio noſtro pro delictorũ, & perſonarum qualitate animaduertemus. Mãdantes omnibus, ad quos ſpectat, vt eadem penes ſe habeant, & contra violatores eiuſdem Synodi procedetur ad condemnationem pœnarum in ea contentarum, ac ad illarum executionem, reiectis quibuſcũque ignorantiæ excuſationibus.

Pecuniarias vero pęnas pro criminalibus delictis exigendas, eo ipſo locis pijs arbitrio noſtro, ſeu Generalis noſtri Vicarij applicatas eſſe declaramus.

In poſterum ſingulis annis, Deo dante, noua Synodus celebrabitur, hac eadem Dominica ſecunda poſt Pentecoſtes, niſi ad aliud magis opportunum tempus eam transferendam cenſuerimus.

Omnia pariter, & ſingula, quæ in præſenti Synodo ſtatuta, & definita ſunt, ea cum omni reuerentia, ac humilitate Iudicio, & auctoritati S. R. E. aliarum Eccleſiarum Matris, & Magiſtræ ſemper emendanda, atque corrigenda libentiſſime ſubijcimus; ad Dei omnipotentis gloriã,

Digitized by Google

Animarumq. nobis commiſſarum ſalutẽ, & pacem. Amen.

ACCLAMATIONES CLERI.

Lector.

DEo Patri miſericordiarum, & Deo totius conſolationis, & gratię.

Clerus.

Immenſa eſt miſericordia tua ſuper nos Domine, qui ſecundum multitudinem miſerationum tuarum diſciplinę regimen iugiter nos docere dignatus es: tibi laus, tibi honor, tibi gloria in ſæcula ſæculorũ.

Lector.

Beatiſſimo Clementi Papæ, & Domino noſtro, ſanctæ, & Orthodoxæ Eccleſiæ Pontifici Maximo, omnium gentium obedientia, & Chriſtiani nominis vbique terrarum propagatio.

Clerus.

Domine Deus ſanctiſſimo Patrem tua

Digitized by Google

gratia cuſtodi, vt & eo regente gentes ſanctæ, & veræ fidei lumine perfuſæ in vnum Eccleſiæ tuæ ouile colligantur.

Lector.

Illuſtriſſimo ac Reuerẽdiſſimo D. Alexandro Cardinali Montalto harum Abbatiarum perpetuo Commendatario optatæ fælicitatis aſſiduum augmentum.

Clerus.

Mitiſſime Deus Illuſtriſſimum Commendatarium noſtrum benedictionum tuarum donis multiplica, atque perpetuam ei concede lætitiam.

Lector.

Vniuerſo Clero piæ deuotionis affectus.

Clerus.

Clerum hunc ſub tua Domine protectione conſerua, & ſpecialibus augmentis amplifica, vt verbo, & exemplo, quibus præeſt, proficiat ad vitam ſempiternã.

Lector.

Deuoto populo harum Abbatiarũ pax, & gratia ſempiterna.

Clerus.

Memento Domine Deus huius populi tui, ac perpetuum illi rorem tuæ benedictionis infunde.

Lector.

Nos Dei voluntatem explentes, & ſanctæ diſciplinę Chriſtianę pręcepta in omni opere bono exequentes digni efficiamur gratia, & miſericordia magni, & ſupremi Sacerdotis Ieſu Chriſti Dei, intercedente ſimul Beata eius Genitrice Virgine Maria, B. Apoſtolis Petro, & Paulo, & omnibus Sanctis.

Clerus.

Amen. Amen. Amen.

Digitized by Google

ACTA SYNODI ABBATIARVM B. MARIAE FARFENSIS ET S. SALVATORIS MAIORIS.

Celebratæ Anno M. DCIIII. Die vigeſima Iunij.

Edictum indictionis Synodi.

BERNARDINVS Manaſeus Tiphernas, Protonotarius Apoſtolicus Illuſtriſſ. ac Reuerendiſsimi D. Alexandri Peretti Card. Montalti Abbatiarum B. Mariç Farfenſis, & S. Saluatoris Maioris Perpetui Commendatarij Vicarius, ac Viſitator Generalis.

Cum ex ſpeciali mandato, ac facultate nobis conceſſa à præfato Illuſtriſſ. ac Reuerendiſs. D. Cardinali Commendatario Diœceſanam Synodum iuxta ſacrorum Canonum, & ſacri Concilij Tridentini præſcriptum, celebrare intendamus vniuerſos, & ſingulos Præpoſitos, Archipreſ-

byteros, Canonicos, Priores, Monachos, necnon alios quoſcumque huius noſtræ iuriſdictionis, & Abbatiarum prædictarum Parochos, Presbyteros, & alios vbicumque exiſtentes, cuiuſcumque dignitatis, ac condicionis, qui de Iure, vel cõſuetudine, ſeu quauis ratione ad hanc noſtram Synodum accedere tenentur, per hoc noſtrum Edictum monemus in Domino, eiſdemque in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub pęnis ſacrorum Canonum à iure conſtitutis, & alijs arbitrio noſtro præcipimus, atque mandamus, vt legitimo impedimento ceſſante (quod per certum nuncium proponi, & coram nobis probari volumus) Dominica ſecunda poſt Pentecoſtes, quæ erit vigeſima dies menſis Iunij proxime futuri, ſummo mane ad Synodum prædictam, quam in Eccleſia B. Mariæ Farfenſis (Deo dante) celebrabimus conueniant, ac aſſiſtant, & ex inde ne cuiquam diſcedere liceat, niſi impetrata à nobis facultate ſub dictis pœnis. In qua quidem Synodo ea pertractabimus, quæ ad correctionem morum, animarum ſalutem, Cleriq. diſciplinam, & diuini cultus incrementum, totiuſque

huius

Digitized by Google

huius iuriſdictionis noſtræ reformationẽ, & conſeruationem pro temporum ratione pertinere, & ſpectare cenſebimus. Ad quę omnia peragenda eo habitu, eoq. cultu corporis in dictam Eccleſiam conueniãt, qui deceat Eccleſiaſticos viros ad adiuuandam non minus exemplo, quam opere hanc ſanctam actionem. Habeantq. in primis veſtes vſque ad talos demiſſas, ſuperpellicea munda, bireta non autem pileos, coronam in capite, quæ appareat, & ordinibus Eccleſiaſticis congruentem, barbamq. ac capillos modeſtè compoſitos, vt muneris, & ſtatus Eccleſiaſtici grauitatem, & ſanctitatem in omni re præſeferant: Neque ſolum externum decorem profiteantur, ſed etiam interioris hominis munditiam ſecum adiunctam habeant, ita vt ſacerdotes ad miſſam celebrandam, cæteri ad ſacram Euchariſtiam percipiendam præparati accedant. Et vt hæ noſtræ litteræ ad omnium notitiam perueniant, mandamus Originales in valuis Eccleſiarum B. Mariæ Farfenſis, & S. Saluatoris Maioris; Tranſumpta vero in alijs principalibus Eccleſijs noſtræ iuriſdictionis affigi, per quarum affixionem omnes, &

Digitized by Google

quoſcumq; ſupradictos arctari volumus, perinde ac ſi cuilibet ipſorum perſonaliter fuerint intimatæ. Datum in Abbatia Farfenſi in Palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ hac die 20. Maij. MDCIIII.
B. Manaſ. Vicar. General.

Præſens Edictum, illiuſq. tranſumpta, fuerunt affixa ad valuas Eccleſiarum B. Mariæ Farfenſi, & S. Saluatoris Maioris, necnon Principalium Eccleſiarum noſtrę iuriſdictionis in diuerſis Diœceſibus exiſtentium, quæ ſic exequuta in Archiuio Farfenſi ſeruantur. Fueruntq. eodem tēpore tranſmiſſæ litteræ ad Vicarios foraneos, & ad Archipresbyteros. de Synodi Celebratione.

Per duos dies ante inchoationem Synodi Illuſtris D. Vicarius acceſſit ad Monaſterium B. Mariæ Farfenſis pro audiendis Parochis, alijſq. ad Synodum aduenientibus, qui quotidie à Miniſtris Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. D. Commendatarij religioſa diſcipltna, ac Chriſtiana pietate in Refectorijs, ac edibus ab ipſis pridē paratis recepti, ac liberali cibo refecti fuerūt.

Die ſequenti, quæ fuit decimanona menſis Iunij D. Vicarius promulgauit officiales

ficiales Synodi, quorum nomina in tabella deſcripta in loco audientiæ propoſita, fuerunt, vna cum decreto, quod nulli prę-iudicetur in ſedendo.

Incboatio Synodi.

DIe Dominico quæ fuit vigeſima dicti menſis, qua initium Synodo dãdum erat ſummo mane d. D. Vicarius ſuo habito indutus, & à toto Clero comitatus peruenit ad Eccleſiam B. Mariæ Farfenſis vbi adorato ſanctiſſimo Sacramento celebrauit Miſſam planam tamen. Qua finita ad locum, ad id paratum ſe contulit, & interim à Magiſtro Ceremoniarum Clero loca aſſignata fuerunt.

Poſtea fuit cantata Miſſa ſolemnis de Spiritu ſancto ab Admodũ Reuer. D. Alexandro Coccapane Præpoſito S. Angeli de Reate, intra cuius ſolemnia poſt Euangelium fuit habitus à R. D. Balthaſare Gentile Archipresbytero Toffiæ ſatis laudatus ſermo.

Celebrata Miſſa d. D. Prępoſitus prębuit Clero ſacram Communionem. Poſtea D. Vicarius intonauit Hymnũ Veni Creator.

Quo

Digitized by Google

Quo dicto fuit facta proceſſio, in qua ordine debito omnes proceſſerunt.

Proceſſione peracta, reuerſiſq. omnibus ad Eccleſiam ſedentibus ſuis locis R. D. Albanius Gentilis Archipreſ. Podij Mirteti Lector accepit decreta Conc. Trid. & Conſtitutiones Synodales à manu d. D. Vicarij, & alta voce è ſugeſtu legit primo Decretũ d. Conc. de Synodo celebranda. Deinde Decretum de Reſidẽtia ſub Paulo iij. & Pio iiij. & Decretum de Profeſſione Fidei eiuſdem Concilij, in cuius exequutionẽ omnes beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, qui præcedenti Synodo nõ interfuerunt, & qui poſt Synodum eandẽ præcedentem beneficia Eccleſiaſtica obtinuerunt Fidei profeſſionem emiſerunt, ſinguli iuramentum in libro Euangeliorum in manibus prædicti D. Vicarij præſtantes.

Poſtmodum prædictus R. D. Albanius proceſſit ad legẽdum Synodales Conſtitutiones, & cum lectum fuiſſet plus quam per horam demiſſa fuit ſeſſio.

Dicta die hora 19. D. Vicar. vna cum toto Clero acceſſit ad d. Eccleſiã, & poſt Veſperas ſolemnes ibidẽ decantatas, man

dauit

Digitized by Google

dauit prædicto R. D. Albanio, vt proſequeretur Synodalium Conſtitutionũ lecturam, qui legit vſque ad horam vigeſimam ſecundam illius diei: Alijs autẽ horis ſuſcepti fuerunt ſupplices libelli, & auditæ controuerſiæ, ac lites, quę terminatę, & deciſæ fuerunt iuxta Iuris diſpoſitionẽ, pro rerum, ac perſonarum qualitate: & in dicta futura ſeſſione celebrãda ſequẽti die de mane, idem D. Vic. redijt ad locũ ſuæ habitationis ordine, quo venerat.

Proſequutio Synodi.

SEquenti mane acceſsũ fuit ad Eccleſiam more ſolito, & cantata Miſſa per R. D. Bartholomæum Ianellũ Archipreſbyterum Montiſopuli, habituſq. elegans ſermo à R. D. Benedicto Clario Archipresbytero Longoni Abbatiæ S. Saluatoris Maioris: præcibuſque, ac ſuffragijs recitatis, poſt Miſſam proſequuta fuit lectio vſque in finem.

Deinde fuerunt vocati omnes, qui de Iure, vel conſuetudine ad Synodum venire debebãt, & omnibus his, qui vel per ſe, vel per procuratorem nõ comparuerunt,

Inſtan-

Digitized by Google

Inſtante D. Promotore fiſcali, & pęnam accuſante, fuerunt per Illuſtrem D. Vicarium contumaces reputati, & condennati ad pęnam in edicto contentam, & mandatum exequi. Fuitq. omnibus iniunctum, vt ſe ſubſcriberent, prout omnes in Synodo præſentes propria manu ſe ſubſcripſerunt, & mandatum D. Ioanni Mancino de Fara, ac D. Iulio Caſſali de Toffia Synodi Notarijs, vt nomina eorum, qui ſe ſubſcripſerunt, vna cum Synodalibus Conſtitutionibus fideliter ſeruarent, & diligenter in Archiuio reponerent.

His peractis Illuſtris D. Vicarius habuit ſermonem ad Clerum de Paſtorali cura, ac vigilantia. quo finito alloquutus fuit his verbis.

Reuerendi viri Præpoſiti, Priores, Curati, & alij, qui huic Synodo præſentes eſtis, has Conſtitutiones recipitis, & approbatis? & placet ne tum à vobis, tum ab omnibus obſeruari?

Reſponderunt omnes recipimus, & approbamus, & placet à nobis, & ab omnibus obſeruari.

Inſuper d. D. Vicarius dixit, placet ne vobis huic Synodo finem dare?

Re-

Digitized by Google

Reſponderunt placet huic Synodo finem dare.

Et ſic fuerunt factæ Acclamationes omnibus coram Altari genuflexis; cantatoq. Hymno, Te Deum laudamus, &c. actiſq. debitis gratiarum actionibus fuerunt omnes licentiati. Ipſe vero D. Vicarius ab omnibus aſſociatus redijt ad locum ſuæ habitationis, & dimiſit illos in pace:

LAVS DEO.

Digitized by Google

INDEX
TITVLORVM.

DEcretum quod nulli præiudicetur in ſedendo. pag. 10.
Præcedentium Synodorum confirmatio 10.
De Fide Catholica profitenda 11.
Forma profeſſionis fidei. 13.
De fidei rudimentis. 17.
De lectione ſacræ Scripturæ 19.
De prædicatione verbi Dei 21.
De hæreticis detegendis, libris probibitis non legendis 23.
De Sacramentis, & eorum Miniſtris 25.
De Sacramento Baptiſmi 27.
De Sacramento Confirmationis 32.
De Sacramento Pænitentiæ 34.
Caſus reſeruati 35.
De Sacramento Euchariſtia 40.
De Sacramento Extremæ vnctionis 43.
De Sacramento Ordinis 45.
De Sacramento Matrimonij 46.
De Miſſæ Sacrificio 51.
De Eccleſijs, & earum immunitate 53.
De Confraternitatibus laicorum 57.

De

INDEX.

De Hoſpitalibus	59.
De mortuorum exequÿs, & ſepulturis	61.
De legatis pÿs, & eorum executoribus	63.
De diebus feſtis obſeruandis	64.
Dies feſti	66.
Vigiliæ ieiunandæ de præcepto	69.
De Blaſphematoribus	70.
De Concubinarÿs	71.
De vita, & honeſtate Clericorum	72.
De officio Parochi	76.
Quæ annuncianda ſunt populo	78.
De reſidentia	79.
De Vicarÿs foraneis, & eorum officio	81.
De Monachis	83.
De Monialibus, eorumq. Monaſterÿs	84.
De Eremitis	90.
De examinatoribus Synodalibus	91.
De Iudicibus in Synodo deputandis	93.
De Teſtibus Synodalibus	94.
De præſentis Synodi Conſtitutionibus	96.
Acclamationes Cleri.	98.
Acta Synodi	101.

FINIS.

by Google

4873 1/3

Digitized by Google